Qua sine nemo potest culmen conscendere honoris,
Qua sine non possunt homines acquirere robbam,
Qua sine quin possent dilectam perdere vitam.
Sint mihi veridici testes pia turba, poetae,
Nec tantum veteres seu Graeci, sive Latini,
Sed mage qui scribunt hac tempestate moderni.
Omnes formosas quondam finxere chimeras,
Omnes ad garam magnas dixere bosias,
Omnes nunc pariter mandant mendacia cartis,
Omnes de falsis librazzos versibus implent.
Omnes ad provam mentita poemata cantant.
Nunc oculos saxis, nunc praestant fontibus aures,
Nunc flores coelo, nunc praebent sidera pratis.
Nunc homines dicunt ammisso vivere corde.
Nunc faciunt nobis mortos parlare sepultos.
Saepe decus coeli mortali in corpore adorant.

Saepe Deos homines mendaci carmiue clamant,
Hinc alios inter divinum nomen acquistant,
Hinc Cignos inter Cornacchias esse videntur
Hinc tracanasse parent totas Aganipidis undas,
Hinc celebres volucri scandunt super aethera fama,
Quid Mecenates, aut Augusti ante fuissent,
Quid tot Romani, Graeci, Teucrique Barones,
Si non cantassent illorum gesta bosardis
Carminibus Vates? quos, Carolus nomine Magnus
Cumque Paladinis Orlandus, sive Rinalduus
De tot Paganis potuissent ferre triumphos,
Si non menzognas; dixissent mille Poetae?
Si quis habet vojam doctam seguitare poesim,
Si quis desiderat Parnasi Cignus haberi,
Atque Poetazzi famosum acquirere gridum
Non de veridicis tantummodo scribere rebus
Non libertatem verae seguitare Camaenae,
Alta bosiarum sed cum sulcare bisognat
Æquora committens ventis sua vela gajardis,
Praecipue magnos si vult laudare Signores,
Bravososque Duces ad coelum tollere dictis:
Isti namque solent ad falsas currere laudes,
Currit ut ad sonitum pivae villanica turba,
Ut currunt pingues ad dulcia vina Todeschi,
Nec sentire volunt Vates, qui vera canentes
Illorum vitam cum libertate reprendunt
Qui male acquistatos damat pro facuore census

Qui sine respectu Domini scelerata palesant
Crimina, qui luxum biasmant, rabiemque Tiranni:
Princeps ille igitur qui conseguire favorem
Ejusdemque bramat dirum scampare furorem
Indulgens studeat verum coprire canendo,
Atque idem sapiens lingua vitare loquendo
Ut solet accortus scopulos vitare nochierus,
Ne se poeniteat tandem scripsisse, quod illi
Plusquam biastemam fuerat de jure tacendum.
Si sunt veridici (ut dicunt proverbia) matti
Mattus erit certe gaudet qui dicere verum.
Petrus Aretinus quondam, qui vera loquendo
Occultas hominum voluit scoprire magagnas;
Quam fecit grossum errorem lassando Bosiam?
Cognovit tandem sua cum stropiata vidisset
Membra, suasque simul (qualis calamita) ganassas
Ad se taglientes ferri traxisse pugnales.
Post illum pariter quidam venere balordi,
Qui volvere Petri stilum seguitare canendo,
Libera scribentes veraci carmina penna;
Sed veritatis veras in praemia poenas
Tunc habuere, diu nec abandonata remansit
Ipsa Bosia, suos quae praestum tradidit hostes
Aut in perpetuum ad scurum presone tenendos,
Aut belle caldi ad forcam per colla picandos.

Vera exempla juvant Foelix quicumque dolore
Alterius scampare suum dediscit acortus.

Ipse alios moneo : sed jam veniamus ad altros
Effectus celebres , divina ac laude colendos ,
Quos veneranda solet secum portare Bosia .
Quomodo tot facerent uxores contra maritos
Quando secretas , quas portant vertice cornas ,
Discoprire volunt , tectasque trovare magagnas ?
Quomodo sestessas , inquam , defendere possent ,
Ipse bosiarum si non succurreret usus ?
Innumeras quondam quas laberintus Amoris
Perdidit , et crudae carnis ria gula tiravit ,
Qui salvavit eas nisi virtus sola Bosiae ?
O quantae in simili studio perfecta tenentes
Praecepta , audaci vultu miracula promunt ?
O quot valentes falso sub tegmine verum ,
Consortes faciunt pro blanco cernere nigrum .
O quot menzognae vviunt sub veste copertae
Quas nos Penelopae pensamus texere telam ,
Et passant noctes caro sub Amante beatas .
Mille quidem illustres , claro de sanguine natae
Nunc sine honore forent , indignae fabula plebis :
Si propria hoc velo cautae non facta coprirent
Si largum menzogna illis non daret ajutum .
Ipse alias inter coelesti hac dote peritas
Unam cognosco , uxorem quam duxit Amintas
(Hujus sed taceo verum nunc nomen Amintae)
Qui licet in foro sit doctoratus utroque ,
Non tamen in foro mulieris ponere legem

Legibus is potuit . Non curat foemina leges ,
Haec etenim multas etiam praesente marito
Scit tramas ordire , suis quibus inde morosis
Gaudeat , atque suum fingit sic callida factum .
Quod cum Doctorem tortis de fusibus ornat ,
Ille putat sanctas illam perficere cosas ,
Tantum in mortali possunt mendacia corde ,
Tantum pulcra valet nos incantare Bosia .
Faemina quaeque sapit grossas plantare carottas
Garruloque portans tot semper in ore bosias ,
Quot portare solet juvenili in vertice crines :
Faemina fingendi perfectam possidet artem .
Ac veluti lucem Phaebus flammaeque calorem ,
Munera sic fraudis conservat , et illa dolosae ,
Hanc etenim imprimis fecit natura bosardam ,
Ipsa deinde bramans proprium exercere talentum ,
Ingeniosa suas discit polire bosias ,
Quas te non mancum constringit credere , quam si
Essent veridici Vangelia Sancta Joannis .
Ipsa tamen Virtus quae nos mentire comandat ,
Ut cunctis prodest , sic necessaria cunctis
Extitit , hanc omnes pronti seguitare tenemur ,
Haec etenim nobis est semper scorta fidelis ,
Haec nostros pariter primaeva aetate parentes
Plurima conduxit tranquillae ad commoda vitae ,
Haec sua ab initio traxit principia mundi ,
Esseque per cursus Solis non desinet unquam ,

Haec similes facit Prophetis esse Poetas,
Illi de rebus dixerunt vera futuris
Hi de praeteritis semper mendacia dicunt,
Haec ad mortales coelo processit ab alto,
Illam et in orbe Dei primum coluere vetusti,
Primior in Delfo populis vendivit Apollo
Dilectam grossis grossa mercede bosiam,
Jupiter atque alii sunt illam deinde secuti.
Dum sub diversa mutantes corpora forma
Fraudabant bellas mentita fronte puellas,
Hinc eat, quod si aliquam volumus tirare morosam,
Ad nostros gustus, simili cum mille bosiis
Utimur exemplo vecchiamque tenemus usanzam,
Illi spondentes argenti munera, et auri,
Aut robam, aut zojas, aut magni praedia campi,
Donec ea ad nostram consentit laeta richiestam,
Solaque fit talis dilecti causa bosia
Quod nunquam nobis concederet ipsa puella,
Si voluissemus tunc illi dicere verum.

Hac igitur doctrina animi probantur et arte,
Hac speculativi cordis vis noscitur arte,
Hac hominis virtute diu sapientis acutum
Cernitur ingenium, cauta dum mente revolens
Secum aliquis pensat rasam invenire galantam,
Qua castronatus restans compagnus ab illo,
Neglettum jacet verum superante bosia:
Sic hodie cunctis in bandis utitur orbis,

Omnes sunt gentes hac nostra aetate bosardae,
Qui scit veridicas tantum proferre parolas,
Qui libertatem sequitur nunc vera loquendi
Hic stolidus, mattus, vilis, minchionus, ineptus,
Poltronus, nequam, goffus, balordus habetur,
Sed qui panzanas sapit inventare gajardas,
Qui menzognarum noscit gonfiare vesigas,
Hic sapiens, doctus, prudens, maturus, acortus,
Nobilis, Illustris, gentilis ubique videtur,

Prima bosiarum tenuit gimnasia quondam
Graecia, quae multos genuit studiosa Magistros,
Hi scribendo diu docuerunt optima quaeque
Hujus doctrinae propriis praecepta paesis,
Quae quoque diversas mundi diffusa per oras
Implevere suis totum virtutibus orbem:
Sed si cum linguis, scriptisque parentibus istud
Nobilis artis opus cunctis regionibus olim
Floruit, hoc nostro crescivit tempore tantum.
Quod parit ingentes omni sub sidere fructus.

O quantum doleo, quod non mihi fata dederunt
Nascendo patriam, quae me docuisset adultum
Mendaci argutas labro formare bosias:
Sed numquam genuit natos mea terra bosardos,
Nescit PONZANUS vanas formare bajardas
Ignorat celebres PONZANUS fingere frappas
Contra menzognam gens Ponzanesca rebellis
Vivit, et à vero non se discostat amico.

Hinc Ponzanenses nullam acquistare richezzam
Ad nullos cernis mundi conscendere honores,
Pauperiem seguitant viventes more vetusto,
Incumbunt studio, sacros voltare quadernos
Gaudent, et Preti tandem, Fratesque deventant,
Et quamvis varios soleant cercare paesos,
Bramosi ex aliis propriis succurrere rebus,
Non ideo faciunt ullum stentando guadagnum
Egregium, quod opus fraudis non discere norunt,
Quod doctas nunquam sapiunt plantare bosias.
Ipse etiam Ponzani habui, qui nomen ab Ursis,
Quem Macaronaeae Vatem dixere Stopinum,
Hac celebri virtute carens, expersque bosiae,
Paupertatis onus spero deponere nunquam,
Non mihi divitias concedit vera canenti.
Non mihi Romana ullos praebet curia honores.
Ergo alias inter terras lassare dabandam
Lunigianensis Ponzani castra bisognat,
Praeter Ponzani parvis in moenibus ortos,
Plusquam perfectos homines, retrovamus ubique
Qui veri ignavas gaudent contemnere leges,
Qui menzognarum constanter castra sequuntur,
Qui semper docto retinent in corde bosiam,
Nec proferre illam ardita cum fronte pavescunt.

Attemen insignem qui vult cognoscere gentem.
Quae populos omnes vincit praeclara straneros,
Quae omnes doctrinas humani sensus avanzat,

Quae menzognarūm meritat portare coronam,
Quae tulit extremam tali pro munere palmam,
Anticam veniat . . . .,
Audiat hic magna, hic stupidus miranda videbit.
Haec etenim tellus flores, fructusque Bosiae,
Tempus in omne parit, qui ex omni parte probati
Caetera cum propriis meritis mendacia passant.
Hic ubi tot quondam Heroes, bravique Barones,
Bellantesque Duces horrendi fulmina Martis,
Clara triumphali cinxerunt tempora lauro,
Nunc in pace sedens celebri redimita corona,
Purpureique nitens scarlati veste dobatà
Laeta Bosia suo populo plaudente triumphat.
Hic omnes homines, quantumvis mente gazani
Aut naturaliter grosso lignamine facti,
Prestiter aguzzant cerebrum, faciuntque saputum
Ingenium, istam discentes subtiliter artem.
Hic Lombardiae gens grossolana bosiis
Romanizando suis plusquam perfecta deventat.
Hic Bergamaschi, quos fert montagna bricones
Toscanizando simul prestum mendacia discunt,
Nec tantum hic narrat plebs Cortesana bosias:
Ast aria, et tellus parlantes ignis, et unda
Magnanimas largo raccontant ore bosias.
Hic ipsi muri, narrant hic saxa bosias,
Hic poverum, hic riccum sentis parlare bosias,
Omne tenet pectus, tenet omnis lingua bosias,

Quisque suas alii studiat contare bosias ,
Quisque bramat cauta socium trapolare bosia ,
Existis etenim sperat lucrare bosiis ,
Proventus veros , et verae praemia fraudis .
 Est ideo tantum virtus laudanda Bosiae ,
Quantum larga suis Naturae maxima vincit
Munera muneribus . Si quis bene guardat utrasque ,
Nos nudos Natura creat sine tegmine vestis ,
Ut produrre solet pegoras , asinosque , bovesque ,
Non nobis panem , non praebet provida vinum
Non ulli robbam , non ulli porgit ajutum ,
Ut sine travajo valeat deffendere vitam :
Cuncta sed haec donat mortalibus alma Bosia ,
Haec et enim cortesa suis succurrit amicis .
Haec menzogneris veracem porgit ajutum ,
Haec illis raros semper concedit honores ,
Haec pueros ditare solet , riccosque tueri ,
Haec juvenes , vecchiosque simul conservat alegros ,
Haec gaudere facit pueros , gaudere puellas
Haec facit aetheream mortales ducere vitam .
Haec implet totum divinis dotibus orbem ,
Haec splendet cunctis in bandis aemula Solis ,
Haec summa est virtutis perfectio summa bonorum ,
Inclita , magnanima , illustris , discreta , fidelis ,
Sublimis , matura , humilis , generosa , diserta .
 Sed quia dum laudes tento numerare Bosiae
Tentator verus tentat mea lumina somnus .

Altaque nunc horam quartam campana sonavit,
(tia, Togna, meo calamo concede bosardo,
Otia dormiendi plusquam mendacia prosunt.

DE LAUDIBUS

AMBITIONIS.

Macaronea Sesta.

Parce precor, Merline pater, si nostra refundant
Carmina quod quondam colere te copia carmen,
Scribere sforzavit, carmen, quo contra rasonem,
Nobilis Ambitio troppum biasmata remansit
Quis furor, aut quae cruda tuam tunc rabbia mentem,
Impulit ? in docto potuit tam pectore sdegnus ?
Excusare tamen voluisti deinde maronem
Ipse tuum, proprio confessans ore Cominam
Tunc nimis à dritto tecum traviasse viaggio,
Ventornm furiosa cohors nam perdere stradam
Fecerat, atque illam in callem cascare sinistrum,
Ast ego nunc cupiens ipsius dicere quales
Sint laudes, et quantos Ambitionis honores,
Versibus unde meis validum sperabo soccorsum:
Quis mea gonfiabit ventis nunc vela gajardis,
Ut dulcis intrare queat mea gundula portus?
Ipsa Comina meis tu nunc precor annue caeptis,
Ipsa meae laetum finem concede fadighae

Si tuus ante furor, coleram seguitando Cocai,
Quod laudaturum fuerat biasmavit à tortum
Ambitionis opus, nunc mecum vera loquendo
Ipsa potes veram cantando palinodiam,
Omittens falsum vecchium corrigere fallum;

Omne, quod hic bellum, carumque catatur in orbe,
Omne, quod hoc nobis dignum stupore videtur,
Omne, quod hic mundum claris splendoribus ornat,
Sola quidem inventrix mirabilis atque Magistra
Ambitio, magna perfecit alacriter arte.
Haec caput est, rendunt cui mundi membra tributum,
Haec virtus cunctis, quae dat virtutibus almam,
Haec dos, quae reliquis concedit dotibus aurum,
Haec ars quae claras alias supereminet artes,
Haec in gentili, grosso haec in pectore alozat,
Haec riccos, poveros grandes, bassosque governat,
Haec non mortales tantum, sed numina coeli
Omnes, et guidat dulcis compagua Planetos,
Si ridet coelum, si fulget splendidus aether,
Si Sol auratos radios sparpagnat in orbem,
Si brillant stellae, si porgit Luna lusorem,
Hoc facit Ambitio cujus gonfiamine coelum,
Omniaque illius borioso lumine splendent,
Si venus, aut genitor faciunt mortalibus ullum
Servitium, quemquam spectantes ore benigno
Porgentesve illi, dum venit in orbe, favorem
Ambitionis ad hoc aura spinguntur amica,

Nam sedes propriae virtutis flammine gonfiant,
Et gaudent mundo, quos gignunt cernere partus,
Si mare quacchiatum placidis spectatur in undis
Æquora vicinis monstrans tranquilla Nochieris,
Admonet, atque illos tutum carpire viaggium;
Hoc ad opus solum propria ambitione movetur,
Namque godit nautis talem praestare bonazzam,
Quo magis ipsius timeant aliquando borascam.

Aspice cum radiis phoebi scaldata virescit
Tellus, et ad nostros tornat Primavera paesos;
Ambitionis opes tunc mundus cernit alegras,
Ambitio jubilans omni tunc parte triumphat,
Ambitione tumet mollis dum ventilat aura,
Ambitione novos ostendunt arva colores,
Ambitione suos distendunt prata tapetos,
Ambitione vaghi spuntant de cespite flores,
Ambitione rubet spinosis rosa rubetis,
Ambitione novis se vestit frondibus arbos,
Ambitione altis rident in collibus herbae,
Ambitione fluunt claris de fontibus undae,
Ambitione canit dulcis Rosignolus in umbra,
Ambitione pias repetit Philomena querelas,
Ambitione foras saltant per septa lusertae,
Ambitione Deus sua spicula caecus aventat,
Amaitione suum cantat Toniola morosum,
Ambitione godit Zanam seguitare Tonellus,
Nec tantum placido dominatur tempore Veris

Ambitio , sed ei concessit summa potestas
Æternum imperium cunctis de mensibus Anni ,
Sola nec una dies , nec sola hic praeterit hora ,
Quod non insignes aquirat ubique triumphos .
  Natura , arsque simul magna ambitione tumescunt
Quam propter gaudent semper gareggiare vicissim ,
Quae grandiores faciat studiosa fiolos .
Hinc si leggiadram facie , bellamque putinam
Cernimus , angelicas imitantem fronte figuras
Quae ninfas alias cum pulchritudine avanzat ,
Aut si formosum juvenem quandoque videmus ,
Qui vagas habeat guanzas , vultumque galantum ,
Narziso , aut Cephalo similis , pulcrove Hiacinto ,
Qui quoque sub tenero nascondat pectore claros
Ingenii sensus , maturae et mentis acumen ,
Natura hoc certum formatos esse dicemus,
Ambitionis ope stimulisque agitantibus illis ,
Ipsa quibus facilis semper Natura guidatur ,
Caetera dum format cunctis animalia bandis .
  Æmula rivalem cupiens sic vincere vechiam
Ars , Admirabiles exponit gravida partus ,
Quam stigat Ambitio cupide , forzasque ministrat .
Hinc vario splendet celebris spectanda colore
Pictura , exultans facies imitare loquentes ,
Hinc scultura novas fingens celeberrima formas
Scarpellando mutat varias in saxa figuras .
  Nullus praeterea seguitaret Apollinis artes ,

Nullus voltaret docta ad gimnasia mentem,
Nullus calcaret veterum vestigia Patrum,
Nullus doctorum legeret volumina Vatum,
Nullus montaret famosi culmina Pindi,
Nullus cantaret generosi facta Gradassi,
Ambitio ni fortis ad hoc per corda tiraret,
Qnis tot Aristotelem docuit componere libros?
Quis tanta antico dictavit scripta Platoni?
Quis tantos fecit Scotistas atque Thomistas?
Ambitio hos omnes solum svegiavit, et omnes,
Ambitio docuit sensus formare profundos.
Et quis me grossas fecit seguitare Camaenas,
Unde novis volui implere macaronibus orbem?
Ambitio hoc potuit, potuit quae cuncta, potestque
Illa mihi multos (quamvis sine pondere) versus
Dictavit, multasque mihi nunc dictat Amanti:
Octavas rimas, Canzones, atque Sonettos,
Terzettos varios, Madrigales, atque Balatas,
Dulcis amorosas, quas ducit Epistola, rimas,
Multaque de cerebro cavavit Idilia nostro,
Unde suas sentire potest mea Cintia laudes,
Unde meas audivit spessum Morosina pregheras,
Unde gradire meos consuevit Gallia cantus,
Unde meum mitigare solet Lucilla brusorem,
Unde meas gaudere cupit Galatea, carezzas,
Unde mihi spessum donat sua basia Fillis,
Unde suos nostris congiungit Cloris amores,

Unde mecum toto jam nomen in orbe caminat,
Unde super coelos exaltat Fama Stopinum,
Precipue postquam ducens me in monte Cucagnae
Ambitio, propria me fecit sponte poetam,
Hinc ego formosam potui cantare Morinam,
Hinc claros celebrare Ladros, biasmare putanas,
Hinc admirabilis dotes laudare Bosiae,
Hinc mala Gottosi describere crimina morbi,
Hinc plorare meae tam carae funera Gattae,
Hinc meritas celebris laudes narrare Paziae,
Hinc raros scoprire meae Ambitionis honores,
Hinc Ignorantis naturae dicere dotes
Hinc (si fata dabunt) PANIGONI praelia Regis,
Bravuramque Ducis referam, quo florida tandem
Subdere colla jugo potuerunt regna Cucagnae,
Omnes Grammatici, Logici, Rethoresque diserti
Omnes, qui medica sanant virtute malatos,
Omnes, qui ferri curant saldare piagas.
Omnes, qui sacras studiant dediscere leges,
Omnes, qui populis cercant formare statutos,
Omnes, qui coeli cupiunt cognoscere cursus,
Omnes, qui cartas sacris concertibus implent,
Omnes, qui gentis mulcent concentibus aures,
Omnes horrendas cantant qui carmine guerras.
Omnes, qui varios gaudent componere versos,
Nativum genium, ac propriam seguitare Minervam
Omnibus in rebus clara Ambitione tirantur,

Quicquid mente agitant, vel quicquid voce comandant
Grandia magnanimi quid guardant regna Signores
Ambitionis ad hoc stimulo spronantur acuto,
Hinc alii naves fabricant, armantque galeras,
Quarum fulgiferis tremolant sub remige fluctus,
Assoldant equitum turmas, peditumque catervas,
Impresas varias tentant, variasque batajas,
In ferrum, flammasque ruunt stimando negottam
Spendere, quem possent in pace tenere, tesorum,
Hoc modo sperantes aeternum acquirere nomen,
  Ast alii, quorum mentem tirat ipsa voluntas
Ingentes mundo laetantur condere moles,
Piramidas ergunt, statuas, casamenta, colossos,
Atria, fontanas, hortos, monumenta, capellas,
Ædificant pontes, fortezzas, templa, palazzos,
Excelsos arcus, turres, et maenia, et Urbes,
  Sunt alii vitam cupientes ducere alegram,
Qui faciunt spesam buffonibus atque rufianis,
Qui nutrire solent parasitos, atque spiones,
Adulatores, scanfardos, atque cinedos,
Sunt quidam pariter Magnates (sed tamen istos
Cum naso numerare queam) qui saepe Camaenis,
Laetantur, doctosque solent spesare Poetas,
Illorum ut cantent metro bene gesta gajardo,
Vel magis illorum ut taceant male facta silendo;
Sic diversa genus mundi per semita scorgit.
Ambitio mortale. Trahit sua quemque voluptas,

Et propriae sequitur naturae soemina quisquis.
Aspice dein tantas, quae disperguntur ubique
Insegnas varias, armas, variasque divisas,
Impresas, scudos, stendardos, mille facendas,
Aspice marmoreas aquilas, colubresque superbos,
Zampigeros Ursos, Tauros, pictosque Leones,
Cornutas Lunas, flammas, tondasque Borellas,
Frondentes plantas, spadas, Stellasque lusentes,
Montanas Capras, Vitulos, Taurosque bicornes
Sperones, lanzas, Hiacintos, Lilia, Rosas,
Innumeras vario retrovatas ordine Cruces,
Innumeras hominum, quae monstrant gesta, Coronas
Multaque praeterea, quae non comprendere versu,.
Nec numerare meo, longo nisi tempore, possem,
Omnia quae Ambitio cunctis monstravit, et auxit.
Postea si fiunt danzae, si giostra paratur,
Ad ballum si festa dies invitat Amantes,
Si banchettatur, fiuntque bragalia Baccho,
Ambitio ipsa docet pretiosas condere vestes,
Ipsa bragas, cappas, collettos, atque zipones,
Ipsa penacchiones fabricat, plantatque cimeros;
Ipsa docet bravos Barones correre campum,
Ipsa Ducum aurata circundat membra corazza,
Ipsa facit laetos equites agitare bagordos,
Ipsa facit pulchros fortesque trovare Cavallos,
Ipsa docet ballos, varias formare coreas,
Ipsa docet Dominae pulchraeque placere puellae,

Ipsa simul pinguis monstrat praecepta Cusinae,
Ipsa Jovis dignas componit docta vivandas,
Ambrosiae ipsa facit dulcis trovare bevandas,
Ambitio demum tot habet celeberrima dotes,
Quot coelum stellas bibulas, quot littus arenas,
Quot Neptunus aquas, quot mutos aequora pisces,
Quot frondes, floresque vagus, dum tornat, Aprilis,
Ast alias inter mortales, quas docet, artes,
Haec liberales, largos facit, atque benignos.
Omnes, illius qui gaudent esse seguaces.
Ambitiosus enim grassa vult vivere mensa
Spendit honorifice, robbam sparagnando negottam,
Ille tenet borsam semper cortesus apertam,
Nec stimat un figum fulvum quod possidet aurum,
Ambitiosus alit generosas pectore curas,
Ambitiosus amat magnos aquirere honores,
Ambitiosus habet mentem, sensusque viriles:
Ambitiosus agit tantum, quod gloria monstrat,
Ambitiosus emit claras per vulnera laudes,
Ambitiosus adest ubi floret maxima virtus.
Ambitiosus adest ubi tractat turpia vulgus,
Ambitiosus obest vitio, scelerique malorum.
Sed quid ego laudes tantas trovare laboro?
Ambitiosus homo, nec homo, sed regia proles
Non homo, sed patriae prudens est arbiter urbis,
Non homo, sed magni sapiens est Jupiter orbis,
Magnanimus, largus, clemens, virtutis amicus,

Nobilis, excelsus, praeclarus, fortis, honestus,
Maturus, placidus, lenis, gentilis, acortus,
Inclitus, ingenuus, generosus, splendidus, audax.
Sed video pelagum, me nunc tentasse profundum
Ambitionis adhuc nec laudis tangere portum,
Jam mihi crassiloquo concedunt carmine forzae:
Ne pigeat scopulo fermare Comina viaggium,
Donec nostra novo gonfietur vela levanto.

GATTAM ROSAM
A MILITE
INTERFECTAM DEPLORAT.

Macharonea Septima.

Huc precor, huc propera, excelsam Pedrala Cucagnam.
Altaque per pocum Bacchi casamenta relinqens
Ad caldas pueri Vatis descende pregheras,
Tu lacrimis nostram, tu maesto carmine mecum
(Proh dolor) extinctam crudeli funere Gattam.
Nunc sequere ipse quidem tristes. (ni porgis ajutum)
Non possum quos corde gero scoprire malannos,
Tu mihi sola potes flebiles dictare parolas,
Tu versus drizzare meos, quibus ipse travajum,
Mentis, et afflictae valeam sborrare dolores.

Heu quid ego exoptem sine cara vivere Gatta ?
Quod possum sperare bonum ? quod dulce ? quod heu
Solamen retrovare queam ? quo nostra recessit (heu
Dulcis amica quies ? solazzum , vita , tesorus ?
Crudelis nimium Lachesis , crudelia fata ,
Crudeles stellae , sed tù crudelior illis
Miles , non miles potius , sed barbarus hostis
Non miles , sed latro rapax , siccarius atrox .
Non miles , sed Fera furens , sed perfidus Anguis ,
Non miles , nec homo , Inferni sed trenta Diavol ,
Qui tam leggiadram voluisti offendere Gattam ,
Qui tam formosam potuisti sternere Rosam ,
Qui mea cum misera solatia morte tulisti ,
Quis furor , aut quae cura tuam tam barbara mentem
Intravit ? quae stizza manum furibunda guidavit
Quando meam morti voluisti tradere Gattam ?
Quam speras famam ? quem quaeris et inde guadagnum ?
Non vergognasti quando hanc scelerate feristi ?
O bellam provam , dignos , ò laude triumphos ,
Vulnere mortali teneram trucidare Gatinam ,
Flore juventutis quae dum formosa godebat ,
Narciso similis , ac Rosa simillima rosae
Sola meae giornos vitae rendebat alegros .
Heu quid agam infelix sine te , mea Rosa ? quod ultra
Non potero laetum sine te sperare solazzum ?
Quid faciendum longa dies mihi tedia praebet ?
Quis mecum socius postquam disnavero laudet ?

Quae mihi noctae pedes dulcis scaldabit amica ?
Dum mea dintornum gemebundus lumina volgo
Nec revidere meam possum , velut ante , Gatinam .
Tanta meum brancat tunc desperatio pectus .
Quod nullam valeo mentis retrovare quietem .

Sole dies caruit , caruit nox frigida stellis ,
Quando tuae clausit frontis Mors improba stellas ,
Quarum sidera lustrabas lampade casam ,
Quae nunc tota dolens mecum tenebrosa remansit .
Ergo tuum posthac gratiosum cernere vultum
Nec dabitur : sentire illud dulcissime gnao , gnao ,
Ad cujus sonitum crudas mulcescere Tigres ,
Et poteras Libici mollescere corda Leonis ,
Nec tamen angelicae potuerunt organa vocis ,
Corda diabolici , et mentem placare Neronis ,
Qui tua taglienti transfixit pectora spada ,
Perpetuisque meum colmavit pectus afannis ,

Tu meus ardor eras , mea lux , mea sola cotala ,
Compagnia dico , qua nunquam carior altra ?
Noctes , atque dies mecum benefida manebas ,
Tu quando ad mensam me pro disnare ponebam ,
Tu quando ad coenam me Franceschina vocabat ,
Praesens semper eras , faciens mihi mille carezzas ,
Blanda domandabas tunc sgnaolando vivandas ,
Quando per hanc salam me passegiare videbas ,
Tu pariter mecum leggiadris passibus ibas ,
Si me pensosum cernebas supra cadregam ,

Fronte malanconico nec non prostrata jacebas,
Si legere interdum, aut gaudebam scribere versus.
Tu quoque apud studium faciebas laeta dimoram,
Quin ego saepe videns doctos te volvere libros,
Atque sottosopram voltare volumina Vatum,
Sperabam te posse etiam dediscere lettras,
Inque Poetessae formam transire galantam,
Saepe subit mentem cum tu vezzosa solebas
In nostros saltare sinus, pedibusque legeris
Tota humilis, levisque meas ascendere spallas,
Sive meam pulcro frontem basare bochino,
Sive meas dulci lingua leccare ganassas,
Sive meas grato orecchias implere susuro,
Sive meam leviter morsu perstringere dextram,
Sive tuam drizzare covam, qua laeta frequenter
Dulce mihi fidei signum praestare solebas.
Saepe meum guardans amoroso lumine vultum,
Illud suave gnaum replicabas ore sonoro,
Quo me credo tuum dominum sermone volebas
Dicere, promittens aeterni pignus amoris.
Quid memorem ingenium mentis, consilia cordis?
  Destrezzam cursusque pedum, vel corporis artus
Virtutes celebrare tuas quo carmine possem?
Bravuram, forzasque tuas, qua scribere penna?
Prodezzas, artesque tuas quo promere stilo?
Impresas, palmasque tuas qua dicere lingua?
O quoties Toppos communes fortiter hostes

Vicisti, ò quoties illorum sanguine terram
Bagnasti, ò quoties quantumque furentibus ungis
Fecisti ex illis, et acuto dente, macellum!
Ipsa quidem cauta haud mancum quam fortis, eorum
Servabas fraudes, noscebas pratica passus,
Destra novos vecchiosque dolos scoprire sciebas,
Hinc punire bramans ea robbamenta latronum,
Affrontabas eos generosa fronte gajoffos.
Qui forzabantur rationem reddere furti,
Atque tabernario post coenam solvere scotum,
Deque tuis manibus nunquam scampare valentes,
Pro meritis poenam propria cum morte pagabant,
Longe igitur stabant plusquam cinquanta miaros,
Non stanzas habitare meas, non rumpere somnos,
Non in dispensa lardi rosegare mezenum,
Non libros guastare meos, non tellere biavam,
Nec nostram audebant parvam nasare cusinam,
Nam troppum invietae metuebant vulnera Rosae,
Quae dente, atque ungis spinam portare solebat,
Quae innumeras squadras Topporum misit ad orcum,
Unde triumphali testam redimita corona,
Gattorum meruit mundo Regina vocari.
Sed nunc quis nostram robbam salvabit ab illis?
Illorum insidias quis discoprire valebit:
Quis punire vigil poterit latrocinia custos?
Quis faciet post hac studio, guardamque granaro?
(Me miserum) jam fama tuae praenuncia mortis,

Nescio quo messo, illorum pervenit orecchis,
Qui petiere domum gaudentes illico nostram,
Hic ballant, saltant, squaquarant, faciuntque bagordum:
Hic laeti danzando tua de morte triumphant,
Hic parent buttare zosum de nocte solarum,
Allegras celebrant festas, sbusantque credenzam,
Entrant in studium, quae scribo cuncta spegazzant,
Strappazzant pennas, in calamaria pissant,
Sfazzati immundo bruttant de stercore libros,
Quasque illis tendo trapolas stimando nientum
Omnem procurant ad saccum mittere casam,
Hi mihi coeperunt jam rosegare stivalos,
Candelasque duas jam mangiavere ribaldi,
Nec facit hic illos aliquis cagare stupinos.
O cur praesentem non me mea fata dederunt
Esse, tibi quando mortem dedit improbus hostis,
Forte aliquem miserae potuissem porgere ajutum,
Sive humiles spargens demisso fronte pregheras
Impia soldati placassem corda Tiranni,
Sive meis contra spietatum viribus usus
In tua conversum violenti pectora dextra
Sollicitus currens rapuissem fortiter ensem,
Unde scapare necem potuisses forte propinquam.
Si te immatura sors perdere morte volebat,
Talis, et astrorum fuerat bene firma voluntas,
Extremum vitae saltem sborrare fiatum
In proprio lecto clemens tibi Parca dedisset:

Et sempiternis tollendum ad sidera gridis,
Hinc mage crudelis lacerat mea pectora afannus
Nec valeo pazzum cordis mitigare dolorem,
Nam mihi nil superest misero quam plangere acerbum,
Atque tuae semper giornum maledicere mortis,
Qui quoque me faceret dilectam perdere vitam,
Ni me vindictae vivum speranza teneret.
Certe aliquis aderit perversi criminis ultor,
Qui percussorem valeat punire gajoffum,
Impia mortali trappassans pectora ferro,
Ac mangianda Lupis scelerata cadavera linquens.
Ipse sed in tantum dira pro cuspide spadae
Prontus apparecchio pennam, calamare, papirum,
Unde manigoldo aeternam cum carmine guerram,
Moliar atque illum, nunquam piagare rafinam.
Et prius obscuras portabit Apollo tenebras,
Et prius usatum non porget Luna lusorem,
Et prius ab alto cascabunt sidera coelo,
Et prius a terra scandent animalia coelum,
Et prius undisoni brusabunt aequoris undae,
Quam cessare queam talem vilipendere furbum,
Quam bastare queam talem biasmare codardum,
Quam mancare queam talem strapazzare beconem
Quam restare queam talem suspendere ladrum
Quam tardare queam talem maledicere bojam,
Tanta meam caepit contra hunc sdegnatio mentem
Quod buttare viam calamum mihi rabbia fecit:
Siste Pedrala pedem, faciasque hoc carmine punctum.

LAMENTATIO

DE

PODAGRA, ET CHIRAGRA.

Macaronea Ottava.

Ille ego dulcisonis solitus cantare Camaenis
Leggiadros versus, canzones, atque Sonettos.
Octavasque rimas laudes celebrando Morinae,
Bellezzasque, meae nunc me tormenta Podagrae
Tempore continuo miserum struggentia canto,
Non tamen usatum posco tibi Phoebe socorsum,
Nec te Clio, sacrum jubeo descendere montem.
Ut mea pierio tunc bagnes labra brodetto.
Nam sicut lauri non meritat testa coronam,
Sic mea castaliam disprezzat bocca bevandam.
Parce precor nostris erroribus optime Lector,
Nec burlare novum macaronia in arte Poetam,
Dum breviter tristem meditor sfogare dolorem.
Quod multi veteres jam non potuere Poetae
Hujus malvagio depressi crimine morbi,
Quinimo post spallas dulces mittendo Camaenas
Vinta fuit rigidis horum patientia poenis,
Unde tot ad coelum vanas sparsere querelas,

Perdentes propriam savia cum mente rasonem,
Nam magis haec homines, quam Martis guerra travajat,
De quo verus ego nunc testimonius adsum;
Ipse quidem multos juvenili in corpore morbos
Ante tuli, varias febres, discrimina multa,
In quibus ipsa meum semper patientia pectus
Armavit, fortemque simul constantia fecit:
Nam fore me prestum fuerat speranza guaritum
Vel prestum (si talis erat sors) denique mortum?
  Sed mea me postquam crudelia fata tulerunt
His cruciare malis, crudasque patire podagras
Longe quidem morbos leviores esse probavi,
Hoc omnes, dulcem zucarum: nil quisque putare
Giandussas alias morbis cum talibus aequans,
Hic superat crudas quas fert Hircania Tigres,
Hic rabidos vincit Libiae feritate Leones,
Hic homines struggit, snervat, consumit, ammazzat
Inferni gravior poenis, tam crudus, et asper,
Ipsa quod invictas illi tolerantia spallas
Inchinat, tantamque nequit soffrire ruinam.
Si pestem sentisset . . . . . .
Virtutem impatiens nunquam perficeret ullam.
Et te, qua tutus fuerat patientia, Jobus
Mitteret ad stuffam, mundum renegaret, et ipsum
Nec simul cum pace malum perferre valeret,
Nam corpus, mentemque, trahit, sforzatque talhoram
. . . .

More furiantis strigos chiamare Diablos,
Misuram servat nullam, crudelis in omni
Tempore, non medium, nec habent martiria finem.
Cum nox atra diem tenebris scussare comenzat,
Phoebus et ad nostrum voltat calcanea mundum
Omnis homo placidam carpit per membra quietem
Omnis alhora suo requiescit bestia lecto,
Hic habitat silvas, alterque retornat à casam,
Ut dormire queat donec formosa reportet,
Alba diem, curasque suas dimenticat omnes,
Sed magis incipiunt dojae tunc fortiter artus
Dilaniare meos, totosque ferire zenocchios,
Cruraque cum pedibus lacerant, spallasque fracassant
Et manus a brazzis miserae spiccare videntur,
Sic mihi dormendi meschino nulla facultas
Praestatur, vel straccum pro tunc dare sapori
Corpus, et alquantum grato indulgere reposo.
O quoties sensus coenans rebibendo provavi
Inebriare meos, multos vacuando bichieros,
Hac rigidos forza sperans sepelire dolores,
Namque solet Bacchus spessum mortalibus aegris,
Afflictisque sua dulcedine ferre quietem,
Sed fuit hoc solum lignas adjungere flammis.
Inter utrumque malum nullus mihi somnus in occhis,
Pax mihi nulla datur, noctem sed guerra per omnem,
Post tenebras lucem video, passataque noctis,
Tempora cerno diem, redeunt vaga lumina Solis.

Cujus in adventu tellus, et pontus, et aer
Laetantur, gaudentque suis animalia boschis,
Et volucres dulci Solem cum voce salutant,
Non tamen ulla meam subit allegrezza coradam,
Non ferus ipse meis discedit ab ossibus ignis.
Membra fracassatum nec possunt reggere corpus,
Hinc mihi luctus atrox; lacrimae buttantur inanes,
Tantaque stizzatum commovit rabbia pectus,
Ipse quod insana mihimet sum mente ribellus,
Nec trepidum valeo colerae moderare furorem.

Non me cum libris troppum studiare bisognat
Ut movimenta queam coeli vel tempora Lunae,
Virtutesque simul stellarum discere cunctas,
Namque mihi mandare solent variando novellam
Et Strologum faciunt me deventare nolendo.
O quoties ad me Mortem semmimortus apello,
Crudelemque voco, sed maestas illa pregheras
Ascoltare negat, facit et mercantis orecchias,
Nam videt hinc magrum se posse cavare guadagnum
Languida, fatali truncans mea corpora falce.
Forsitan et (quamvis nullam novit illa pauram
Invictam aequali vibrans cum vulnere dextram)
Horrescit spavefacta meam spectando figuram,
Languoresque timet nostrae, dojasque Chiragrae.
O utinam possem me illi accostare parumper,
Paenarum et partem furtim attaccare mearum,
Certe superba minus, mancumque severa fuisset,

Nec tantos rigida mortales falce necaret,
Nec tanta audaci trapolaret corpora dextra,
Nec pede gajardo poveras pulsare tabernas,
Nec posset celebres riccorum battere turres.
Si manibus, pedibusque suis stropiata maneret.
Sed quid ego indarnum vana nunc dico pazias,
Cum mea continuis vexentur membra magagnis?
O dulcis nimium Sanitas, dulcissima cordis
Spesque, salusque mei, licet illi incognita, qui te
Possidet in duris tantum bene nota travais.
O dulcis sanitas, quam propter quisque tenetur
Divitias, nummos, ac omnem splendere robbam,
Sanus enim melius mondanos portat affannos;
Sanus habet contra fortunam obsistere forzas,
Si licet ille miser, duramque patire coactus
Pauperiem, exercens cerebrum pro pane lucrando;
Quisquis amat robbam, ricchezzas, atque tesoros,
Munera disprezzat vitae; propriamque salutem
Ad forcam fugiat, non est hic vivere dignus,
Nam plus vita valet, quam centum mille tesori.

Pharmaca multa bibi, solutivos mille siropos,
Mille unctos, mille impiastros, et mille lavandas.
Milleque cerottos provavi, et mille facendas
Ut sanare meas possem medicando magagnas.
Si novus infernis Medicus venisset ab oris,
Portassetque novas medicinas atque recettas,
Est mihi sanandi miserello tanta voluntas,

Mille quod una dies annos mihi sola videtur,
Ut videam si tale juvat medicamen, an aegros
Offendat potius, cunctas sed perdo fatigas,
Et caput, ut dicunt, Asini proverbia lavo.
O vos qui tantos libros, tantosqne recordos
Scripsisti, Medici, varios medicando malannos,
Vestra podagrosis nec dant medicamina ajutum,
Ad forcam properate precor, Vos dico priores
Hippocrates magnus, Vicenas, atque Galenus,
Ite ad bordellum, vel quo sapientia vestra
Mittitur ad stampam cera sigillata culina.
Scilicet in solis consistit gloria rebus
Famaque quae mage sunt difficiliora medendi.
Asperam quid memorem nostri jejunia ventris?
Quid referam tantas, quas fecit bocca dietas?
Ipse quidem mollesque cibos, lautasque vivandas,
Quae stomachum, aut nostram possent offendere testam
O vivi, exigua contentus vivere mensa,
Non tamen ulla juvat, quamvis servetur ad unguem
Regula, sobrietas nullum mihi portat ajutum.
Irasco colera mecum gonfiatus iniqua,
Saepeque voja venit sanctum renegare Stopinum
Inveniens aliquos me confortare volentes,
Consilium praestant (ò quam jocunda malato
Dare sapiat Medicus misero consilia sanus)
Hi retrovant prontas me consultando parolas
Hic ait hec prodest, audivi saepe bonopram,

Ille simul proutos subjungit talia prosunt,
Alter at hos, inquit, vincet patientia casus.
Qua levius patimur quicquid corrigere durum,
Ipse alios vidi majori peste gravotos,
Quos sanos tandem fecit patientia multa.
Non mancat pariter, nostrum pro crescere sdegnum,
Qui, quid amant, referunt stulti sua vulnera amando
Vulneribus graviora meis, dojasque Chiragae
Febre Cupidinea leniores esse fatentur?
O utinam his possem languores prebere nostros,
Ut magis, ad provam possent cognoscere verum,
Dent sua mille mihi martiria dura Morosi,
Spenzat et in nostro bastardus corde sagittas,
Torqueat igne mea, quantum vult ipse, coradam,
Ossibus accendat flammas, brusando medullas.
Si non sufficiunt frezze, tormenta, dolores,
Balzones, laquei, flammae, brusamenta, catenae,
Det mihi Diablos, cum Diablis mille Megeras
Dummodo me rendat tali languore solutum,
Sum contentus ego Veneris intrare presonem,
Atque laberintum, qui mattos pedit amantes.
Hic etenim prestum possim sbalzare deforam,
Millibus atque modis accesas spegnere flammas,
Legibus obediens Veneris servire paratus,
Omnibus in rebus constans, Dominaeque fidelis,
Multum in amore fides, multum constantia prodest
Sic practicus scripsit quondam praeceptor amoris,

Saevus Amor Precibus, molesinis saepe parolis
Placatur, lacrimisque potest aliquando moveri.
Haec si non bastant nummus adjunge pregheris,
Qui spezzare valent duras in amore catenas,
Qui placant grandes animos, mentesque retrosas,
Qui rumpunt rigidae diamantis corda Puellae,
Mollificant scolios, quos duro in pectore gestant,
Omnia per talem mezum sunt denique facta,
Facta, infecta simul possem neque dicere falsa.
Mille vias retrovant, medicinas mille Morosi,
Unde Cupidineas possunt saldare feritas
Quae quoque sponte sua longo post tempore passant,
Nulla sed (heu) nostro prosunt medicamina morbo
Solvere nodosam nescit medicina podagram,
Non tua borsa tibi, quamvis sit plena juvabit,
Nullus habet forzam Ruffianus ferre salutem,
Et longum tempus miseris non portat ajutum,
Quamvis cunctorum medicus solet esse malorum,
Quin magis in nobis crescit crescentibus annis
Iste dolor, tremulam solitus lacerare vecchiezzam
Sed si pro meritis mundani luctus, et aegri
Corporis ipse Deus nobis deventat amicus:
Si quos hic cruciat Poenis, tormentat affannis
Faelices tandem in coelis facit, atque beatos,
Jam mihi jam video sedem super astra futuram,
Et pro quem patior rigidi tormenta doloris,
Per tot languores, per tot discrimina vitae,

Digna mihi bellos inter jam stanza paratur,
Claviger ipse mihi jam jam nunc stretta recludit
Ostia, pauperibus nunquam serrata tapinis
Dummodo sit mecum solitis patientia poenis,
Qua possunt homines certam lucrare salutem.
O pater omnipotens hanc tu precor optime praesta,
Qui peccatores crudeli perdere morte
Non cupis, at potius conversos vivere gaudes.
Ipse (vides) laqueos tendit mihi dira Plutonis
Turba, nec ipsa meam linquit tentatio mentem,
Non sine te valeo tales perferre travajos,
Sive meae placidam barchae trovare bonazzam,
Ideo sit de me semper tua facta voluntas,
Spes mea namque tuis in spallis tota repossat:

CONTENTIO TRIUM
POETARUM
NIZZUS, BERTOLDUS,
ET DRIAS.

Niz. Si quis habet vojam famosum audire Poetam,
Ad cantus Bertolde tuos distendat orecchias.
Te passim cantante stupent Animalia quaeque,

Muti diventat Grilli, mutaeque Cicalae,
Cornacchiaeque tacent, servantque silentia Corvi,
Atque tuos gaudeat versus sentire Pojanae.

Bert. Desine Nizze tuis me bertezzare parolis,
Atque tibi pocum jam nunc prodesse memento
Vocibus indignis dignum burlare Poetam;
Nam merito talem mundus me totus apellat,
Tuque poetando debes mihi cedere palmam,
Majorique tuo dovutos reddere honores.

Niz. O sine cervello, ò pazzis mens plena chimeris
Tu ne tuos audes nostris praeponere versus?
Et mecum presumis amens contendere cantu?

Bert. Non ego te solum pazzum, mattumque chiamabo,
Sed potius dominum dicam, Regemque paziae,
Majorem de me si dixeris te esse Poetam,
Ipse etenim lirico multas post carmine Rimas
Ad stampam missas, canzones, atque sonettos,
Magnum opus aggrediens cantavi nobile bellum
Martis, et horrendas scripsit mea penna batajas.
Propter quod lauri meritat mea testa coronam,

Niz. Plus tostum es dignus de carta ferre coronam,
Esseque frustatus meritas de more latronis,
Atque super schenam tantas accipere bottas
Quanta Crenomoni robbasti carmina quondam.

Bert. Ipse Crenomoni robbavi carmina nunquam,
Perque gulam mentis te monstrans esse bosardum,
Dum me innocentem falso pro crimine damnas.

Niz. Non tibi mentitaeque tuae respondere dignor ,
Nam quod ego dixi bene scis non esse bosiam ,
Atque omnes troppum te noscunt essere mattum ,
Unde mihi vergogna foret contendere tecum ,
Cujus balordam tenet ignorantia mentem .
Bert. Sic ne gajoffe bonum sprezzas virtutis alumnum
Sicne vilanezzas Phoebi manigolde ministrum ?
Sicne Poesiae beffas sciagurate magistrum ?
Niz. Pazziae melius dixisses esse magistrum ,
O sine zucca sale , hortorum custodis imago
Quid tibi cum musis ? Phoebo quid stulte ministras ?
Vade ad bordellum , nec plus mihi rumpere testam .
Bert. Forte tibi possem tracagno rumpere schenam ,
Atque tua hac guisa rognae grattare brusorem
Nec tibi , sed tantum respectum porto capuzzo ,
Sub quo mille tenes sordes , et mille magagnas ,
Attamen ipsa meam fraenat patientia mentem ,
Corrigit et justum in me continentia sdegnum ,
Unde illas pocum mordaces stimo parolas ,
Quas mihi nunc omnem dixisti contra rasonem .
Niz. Quiuimo pur troppum cortesum me esse provasti
Dum me tentasti vanis confundere verbis ;
Majorem de me te vantas esse Poetam .
Qui poetizando quacumque in carminis arte ,
Non es sufficiens mihi discalzare stivallos
Bert. Non ad nos toccat propriam decidere causam ,
Difficile est propriis in rebus noscere verum ,

Sed venit ecce Drias famosum carminis auctor,
Qui bene praeclaras cognoscit Apollinis artes:
Hic poterit certum contrastos solvere nostros,
Jnditiumque dabit nostris de versibus ipse,
Illius dum vis te nunc submittere dictis.

Niz. Nunc ego non hominem primum vidisse recordor
Est ne hic forte tuus venerabilis ille Poeta,
Qui tibi quotidie Domino celebranda ministrat.

Bert. Est et qui semper scribens magnalia pangit,
Qui cunctos alios nimia dulcedine avanzat:
Sicut ab ipsius poteris sentire loquella.

Drias. Ille ego Parnasi Cignus, Phaebique sacerdos.
Carmine qui Tognam cecini, Gobbumque Rialti
Ille ego sum calor spargit qui ad sidera cantus,
Ille ego sum, cujus concedunt versibus omnes
Antiqui Vates laudem, palmamque moderni,
Ille ego sum, cujus notum super aethere nomen
Portat ad estremos sublimis fama poesis.

Niz. Ipse quidem Mamaluche, tuam jam crescere famam
Audivi, adque meas canctas pervenit orecchias,
Cum quo saepe soles ranas aequare palustres,
Omnes atque movens ad risum carmine gentes.
Dum te grandiloquum pretendis esse poetam,
Omnibus insulso te pro buffone palesas.

Drias. O pecus Arcadicum, ò demens, ò rustica proles
Me ne tuis bricone potes lacerare parolis?
Me, qui leggiadra ornavi novitate Poesim,

Me, qui sum clarus totum mansurus in aevum
Me, qui sum cunctis scribendo dignior altris
Arguere indignis tu nunc sermonibus audes?
Ipse tuos certum errores corrigere possem,
Sed non dignior ego tecum contendere, vade
Vade ergo ad forçam, nec nos plus ultra nojabis.
Niz. Si mihi cum doctis contentio nata fuisset,
Doctus ego ad doctos docte respondere scirem
Sed vos qui pecudes, estis porcina canaja
Non meritatis adhuc doctorem audire loquentem.
Bert. Hinc fuge, nec nostros post ac plus aspice vultus.
Teque tuasque bajas ad stampam manda culinae
Nam tua merdosa sunt carmina digna latrina.
Niz. Vos, Vos ite viam vos hinc sgombrate boazzi,
Indignae nostrum notolae conspicere solem,
Ignorantones, et stultae fabula plebis.
Drias. O quam bellus humor dignus bastone repelli,
Sed nos indarnum hic quid plus tardamus? eamus.
Bert. Nizze vale, valeatque tuae stultitia mentis.
Drias. Hic maneas, maneant et tecum mille malanni.
Niz. Ite asini, ite boves ad pascua, jugiter ambo,
Mille Diavolazzi vos nigra ad tartara portent.

EPIGRAMATA

EJUSDEM.

Quomodo sit factus Poeta.

Non mihi famosi montagnam scandere Pindi,
  Nec mihi lasusum bibere Musa dedit.
Non mihi grossiloquos versus dictavit Apollo,
  Nec docuit voces altisonare meas.
Tu me, tu solus fecisti, Bacche, Poetam,
  Divinus Pivae tu furoresque meae.
Dum mea nactareo baguabis labra liquore
  Tu mihi Calliope, tu mihi Phoebus eris.

De Fritella latrone.

Robarat grassum, grossumque Fritella Vitellum
  Quem peperit domino vacca morina suo.
Dumque super spallas illum portabat à casam,
  Sub tanto sudans pondere straccus, ait.
Quis me nunc panem propriis lucrare fadighis,
  De sudore meo vivere meque negat?

In quandam bruttam.

Est tam brutta tibi facies, tam sporca bocazza,
  Tamque nefanda tibi lumina fronte patent,
Quod cum te video tremebundam corde pauram
  Sentio, tum grandis me cagarola piat.

Tu cave ne propriam videas in fonte figuram,
  Ne in te Narcisi fatta roversa cadant.
Ille sui mortem suffrivit propter amorem,
  Ex odio posses tuque morire tui.

De mulierum cauda.

Quis diavol hanc mundo bellam cattavit usanzam,
  Gaudeat ut mulier ferre superba codam?
Faemina quaeque suam vult caudam more Pavonis
  Quae sua sub longo tegmine crura tegat,
Nullus adhuc vestem, nullus facit, Albe gonellam,
  Quae non sit caudae condecorata suae.
Diligit an tantum pomposa faemina caudam,
  Illam quod secum semper habere bramet?
Quid ni? non patitur mulier sine vivere cauda,
  Hanc ante, hanc retro nocte dieque, gerit.

In bonum medicum.

Orlandus clipeo, lanza, praecintus, et ense
  Guerreggiando dedit corpora multa neci.
Innumeros tu in pace viros imbellis amazzas.
  Orlando major nonne vocandus eris.

Ad B. Joannem Poetam.

Quis doctum esse negat, te Barbagianne, Poetam,
  Quisve tuos versus non celebrare queat.
Doctus es, et docta componis arte sonettos,
  Qui faciunt animum strabiliare meum.
Dum tua scripta lego cunctis incago Poetis,
  Orphaeique stimo plectra sonora nihil.

Ille liram pulsans animalia cuncta tirabat,
Dum canis arripiunt haec sbigotita fugam.

Ad Eundem.

Jure quidem multi te Barbagianne, vocandum
Esse Poetazzum Martis in urbe putant:
Vincis Arionem cantando, vincis Homerum,
Tam dulcem gratas alter Apollo liram.
Ipse Arion surdos placabat in aequore fluctus,
Dum cantas subito nigra procella furit.
Caecus Homerus erat, sed frontis lumine tantum,
Tuque vides mentis lumine talpa nihil.

Ad Aurum rubatum.

Desine jam tristes cordis palesare travajos,
Desine crespatas imbre bagnare genas.
Si tibi latrones carum robavere tesorum,
Si tibi ricchezzas surripuere tuas.
Non habes hinc magnam pro te tristare casonem,
Hinc etenim nulla est perdita facta tibi.
Salvabas nummos, sunt illi nunc quoque salvi,
Spendebas nullum, nunc quoque fies idem.

In quendam

Sanguine plebejo, et bassa de stirpe creatus.
Quid clarum Aureli, quaeris in orbe genus.
An quia ricchezzis plenus, vestitus et auro,
An quia spagnolas fert tua borsa doblas.
Toto erras coelo, claros quoque dicere stronzos
Ad Solis radios hac ratione queam.

Ad Lidiam.

Si latet ars prodest dicunt praecepta Nasonis,
Affert vergognam si manifesto patet.
Haec nimium scoperta tuis stat, Lidia guanzis
Ostenditque manus sbelletamenta tuae,
Naturae abscondit quam pingis mascara stampam,
Hinc minii, et sbiachae panditur omne nefas,
Nè mirere igitur faciem si sprezzo copertam,
Mascherata mihi nulla putana placet.

In Astrologum.

Si Veneris cursus, si Solis, Maure viaggios,
Stelliferi noscis si movimenta poli,
Si coitus fredae, si noscis cornua Lunae,
Famosus Vates, Astrologusque bravus,
Cur propriae nescis frontis cognoscere cornas,
Uxoris coitus et strologare tuae.

Tumulus Todeschi.

Non ego per medias lanzas, per tela, per hostes
Cercavi aeternum nomen in orbe mihi,
Non ego Turcarum tinctum de sanguine brandum
Portavi, et patriae parta trophaea meae.
Tranquillam vixi Bacchi sub numine vitam,
Dedita Lieo mens mea tota fuit.
Gloria sola mihi multos vacuasse bocalos.
Laus mihi sola bonum jam tracanasse merum.

De Lena Ruffiana.

Quae nunc ad bellas guidat Ruffiana Putanas
Bertones, quondam Lena putana fuit,

Omnia tempus habent, unam jam exercuit artem,
 Invecchiata novo fungitur officio.
Sic bona cusinat nobis pignatta menestram,
 Quae spezzata aliam deinde coprire solet.

De Menegina. et Tognazzo.

Stigabat vecchium juvenis Meneghina Tognazzum,
 Conjugii ut fructum redderet ille sibi.
Hic frustra cercabat ei montatus adossum
 Uxoris rognam velle grattare suae.
Sed sua perdiderat solidum braghetta drizagnum,
 Spendebat dopias, et sua borsa fiapas.
Tunc Meneghina videns, quod erat hoc perdere tempus.
 Nullaque juvabant basia, verba, manus.
Disposuit foggiam tunc invenire novellam,
 Qua posset sommam discarigare suam.
Praestiter, ac tardum saltando supra maritum
 Illius voluit tunc retinere locum.
Hanc tamen aspiciens guisam prodesse nientum,
 Ipse senex ridens talia verba dedit.
Currere si nequeo stradam, quae scendit abassum,
 Qnomodo me in susum currere posse putas.

De Leonardo.

Saepe solent multi nostrum biasmare Leonardum,
 Uxorem quod habet, et male trattat eam.
Illum etenim dicunt alias seguitare mojeras,
 Solam lassando nocte cubare suam.
Ipse sed audacter causam defendit acortus,

Quodque facit valida cum ratione probat.
Est mihi cara nimis nimium dilectaque conjux;
Quam toto ille inquit pectore semper amo,
Sinque alias spessum soleo calcare mojeras,
Hoc solum facio pro sparagnare meam.

De Castitate Giuliae.

Jure quidem castam se vivere Giulia cantant,
Nec . . . .
Nam bruttezza sui cum sit nimis horrida vultus
Securam ab omni crimine rendit eam.

In Marcum sdentatum.

Cascavere tibi multi de gutture dentes,
Nec tua Marce, potest pane ganassa frui,
Tuque doles, nescisque dolens reperire casonem,
Quae dentes valido traxit ab ore tuos.
Ipse tibi unde venit talis disgrazia dicam,
Ut poenam agnoscas criminis esse tui.
Tam grandes parlat semper tua bocca bosias,
Tam magnasque solet dicere saepe bajas,
Quod vergognantes tali se claudere in ore
Avulsi dentes hinc sugiere viam.

In Caecum maritatum.

Perdere cervellum quae te disgratia fecit.
Uxorem cum sis caecus, habere volens.
Cornibus illa tuam si cercat cingere testam?
Quo tua damna modo posse videre putas.
An pensas guardare tuam sine lumine vaccam,

Centum oculis, Argus quod facere haud potuit?

De Minardo.

Ad cartas solitus semper giocare Minardus,
Omne patrimonium perdidit ille suum.
Nunc procurator factus defenderc causas,
Cercat, et hoo sperat vivere posse modo,
Perdendi ille tamen primam non perdit usanzam,
Omnes nunc causas perdere namque solet.

De Duplici Unctione.

Ungere stridentem rotam solet ipse Boarus,
Ne faciat strepitum, sed quetus axis eat,
Ungit saepe manus pariter Doctoris avaras,
Sic pensat litem vincere posse, Cliens,
Unus sed sonzam, ducatos alter adoprat,
Nè gridet ille optans, isteque ne taceat,

De Baldo.

Lontanus steterat dilecta à conjuge Baldus,
Bisognis cupiens remediare suis.
Post anni spatium propriam tornavit à casam
Bramosus Tognam tunc revidere suam.
Hanc ideo in lecto trovavit parturientem,
Cornua namque suo fecerat ille viro.
Meraviliatus cercabat Baldus, an esset,
Post his sex menses, filius ille suus.
Quid dubitas, respondit ei Comara gazano,
An proles haec sit semine nata tuo?
Si suescunt Asinae un annum portare poledros,

Cur facere istessum foemina non poterit.

Resolvit quaesitum.

Cur Lepus indretum se voltat, Marce, dimandas,
  Quando solent illum perseguitare Canes.
Ipse oculos credo in cursum voltare retrosum,
  Quod tunc in culo lumina nulla tenet.

Ad Album Concubinarium.

Jurre quidem te, Berta tuum vocat, Albe fiolum,
  Quamvis non illi filius es, sed Amans.
Dicere filiolos est nobis semper usanza,
  Quos gerit ad menses foemina ventre novem,
Ergo per illa novem cum te portaverit annos,
  Cur te non poterit Berta chiamare suum?

Audaces fortuna juvat.

Sors levat arditos, poltrones spingit abassum,
  Docta sic antiqui Musa Maronis ait.
Scire cupis tali de sancto Marce, casonem?
  Dicam, nec dicens ipse bosardus ero.
Foemina fortuna est, donnescam servat usanzam,
  Talis nec sexum fallit usanza suum.
Foemina namque homines solita es odiare codardos,
  Haec sed sfazzados semper amare solet.

Ad Paulum Mostrum.

Jure quidem Natura tibi jam nomina Mostri
  Paule dedit, semper nam bruta mostra facis:
Si pensas aliquid, tua sunt penseria Mostrum,
  Si quid agis, Mostrum sunt tua facta simul.

Si scribis nescis magnum nisi scribere mostrum,
Si parlas,, mostrum sunt tua verba novum.
Non miranda tamen debet res ista videri
Nam Mostrum semper gignere Mostra solet.

De Cornelio.

Me digitis monstrant homines dum passo per urbem,
Poltronusque ajunt, eccine Beccus adest;
Sic de peccatis, quae occulte Gellia fecit
Publice, qua causa nescio plector ego:
O sine cervelo vulgus, quae cornua ab altris
Facta fuere prius, quomodo nostra vocas?

In Verbosum.

Quod tua lingua loquax semper fit plena novellis
Quod semper gaudes dicere mille bajas.
Quod socios inter numquam chiachiarare rafinas
Quod stuffas omnes garrulitate tua.
Non mihi quae cunctis haec res miranda videtur]
Dum bene considero teque tuumque genus.
Nam tibi tam largam tribuit natura bocozzam,
Jure quod in verbis semper aperta manet.

In Petrum

Si Villanus homo est, qui nescit habere creanzam,
Arcivillanum quis negat esse Petrum?
Hic alios tantum superat male namque creatos
Quantum Elephans parvam magnus avanzat ocham
Illi omnes igitur tali pro crimine cedunt:
Quantum Asino cedit grandilitate Pulex.

De Onardo qui Asinum laudaverat :

Famosas Asini laudes descripsit Onardus
  Cervellum cupiens sic palesare bravum .
Mirantur multi cercantes scire casonem ,
  Cur talem voluit sumere materiam ,
Sed non miror ego mentem scoprire Poetae ,
  Alfinem potui nam penetrare suum ,
Ille suas laudes proprias , propriasque prodezzas
  Naturam , ac mores notificare volens ,
Magnificas Asini laudes cantavit , et artes ;
  Sunt etenim similes ille , Asinusque simul .
Sic quicumque legit laudem , quae laudat Asellum ,
  Auctoris laudem laudis et ipse legit .

De Mauro gajardo .

Maurus ait Tauri portare in pectore forzas ,
Adde quod et Tauri cornua fronte gerit .

Au Aurelium .

Nulla tuam (Aureli) capiat meravilia mentem ,
  Si mea jam troppum muta Camaena tacet ,
Noscere vis causam ? nostros vis scire travajos ,
  Est penitus nummis voda crumena mihi .
Atque sine argento noster mutescit Apollo ,
  Nec mea Musa canit , ni mea borsa sonat .

Ad barilotum Albulum

Es procurator doctus , doctorque Palazzi ,
  Es scriba , Notarius , Causidicusque simul .
Esque Pedagogus pueri , ruffianus ejusdem ,

Perfectus Medicus, Astrologusque sagax,
Es cortiggianus, sapiens, mercator acortus
Artibus in cunctis es Barilote bonus.
Ipsa tamen nullam portat tua tasca monetam,
Rabiosamque sofris tempus in omne famem.
Res miranda patet sed cunctis ista daverum,
Albule, cuncta sapis, nil tamen inde capis.

In Hyeronimum Bonum.

Octuaginta Bonus passat Hieronymus annos,
Bavosus, tremulus, decrepitusque senex.
Ille tamen gaudet bellas seguitare morosas,
Vultque puellares semper adire giocos,
Saepe caput, barbamque pelat, fregatque ganassa
Nec sinit in speculo se vaghezare suo,
Trinzatas portat bragas, portatque pennacchium
Suspiransque focum narrat ubique suum.
Magna quidem debet dici tua flamma Cupido,
Quae quoque sub terram corda sepulta brunat.

De Giulia Superba.

Blasphemat, falsaque chiamat te voce superbam,
Julia, vulgus iners nec tua facta capit,
Ipse humilem potius vero te nomine dicam,
Cum tua jam virtus sit bene nota mihi.
Nam tibi non bastat . . . .
Ipsa, quod, et servis semper . . . . .

In quendam.

Omnes cervellum tibi dicunt esse legerum,

Stultitia plenum, ac nobilitate tua,
Sed mihi provatur non haec opinio plebis,
Quin falsa omnino talia dicta puto,
Non quod cognoscam vulgus proferre bosiam,
Aut sine, qua debet, discretione loqui,
Sed nullum penitus retinens tua testa cerebrum,
Hoc leve, vel pazzum quomodo habere potest?

De Zoanina, et famulo.

Pregabat vecchietta suum Zoanina ragazzum
Porgeret ut Dominae basia cara suae.
Sed Puer, ipse tuam nolo basare bocchinam,
Nam timeo dixit mordeat illa meam.
Cur timeas morsus? mulier respondit ad illum
Non ullos dentes jam mea bocca tenet.

Bravus franzosatus.

Armipotens, bravus pugnis, atque ense tremendus,
Non minor Orlando, nec Rodomonte fui.
Nam testas, spallas, gambas, et brachia truncans
Innumeros misi ad tartara nigra viros,
Squartatique artus, svenataque corpora ferro
Fecerunt clarum nomen in orbe meum.
Terribilem, infelix, potuit sed vincere tandem
Bravuram franzae pestis iniqua meam.

Ad Rosinam.

Est tam tincta putri tua frons, Rosina belletto,
Tamque cerusinò lissa colore gena,
Quod te Naturae manibus non esse creatam,

Bellum picture credo sed artis opus.
Ascontasque tuos labros proferre parolas,
O miraculum, inquam (parlat imago) novum.

De Giorgio.

Perdiderat natos, natasque Giorgius omnes.
Vivebat vedovus qui sine prole senex,
Hic lassare suo bramans de sanguine eredem,
Formosae voluit se maridare Petrae.
Sed fuit infelix prestum passare coactus
De lecto ad luctum, de talamo ad tumulum
Magna bachiocheries hominum, qui mente balordi
Ut faciant alios se sepelire volunt.

De Virgilio Vitello.

Virgilium quicumque audit parlare Vitellum,
Dum sua gonfiatus carmina vantat ovans,
Nunc modo non Vitulum potius putat esse Maronem.
Nomina qui pariter clara Maronis habet,
Illius at carmen propriis qui ascoltat orecchis
Hunc modo non Vitulum, sed trovat esse bovem.

In Julium Zoppum, et calvum.

Desine Fortunam semper chiamare ribaldam,
Quod tibi soccorsum denegat illa suum.
Non equidem grandis est haec meraviglia, Juli,
Si bene eam tecum paragonare velis.
Tu poltronus homo es, fortuna est foemina fortis
Tu gravis, et zoppus, currit illa levis,
Illa gerit longos galanta in fronte capillos,

Tu sporcum portas, et sine crine caput.

De Zanina, et Marito.

In die Dominico gambis dum staret apertis
  Supra sedens portam bella Zanina suam;
Eja, superveniens vir dixit, claude botegam,
  Haec est nam festo clausa tenenda die.
Illa sed, hic error respondit pronta marito
  Est tuus, et solus tu puniendus eris.
Namque tibi nostram toccat serrare bottegam,
  Qui clavem portas tempus in omne suam.

In quendam ad Marcum.

Monstrum horrendum ingens veneta passeggiat in urbe
  Vulcanum pedibus quod somniare solet.
Gonfiatum portat pectus quasi Eolus alter,
  Ventorum seguitat quem furiosa cohors,
Si guanzas, vultumque miras baccum esse fateris
  Si guardas testam Pan reris esse Deum (candum
Monstrum horrendum, ingens non est hoc Marce vo-
  Corpore qui in uno Nomina tanta gerit.

Senex Maritatus.

Cingara jam cupiens quaedam mihi dicere sortem,
  Sub qua vita fuit, mortis et hora meae;
Te in fossam, dixit, cascando rumpere collum,
  Corpus ibique tuum fata perire volunt.
Cingaricas nosco nunc veras esse parolas.

. . . .

In Maledicum.

Ossibus ipsa caret, sed multis rumpere schenam,
(Sic spessum audivi dicere,) lingua facit.
Tu, qui non cessas alios biasmare sodales.
Et gaudes verbis cuncta frapare tuis,
Guarda precor, ne vera tibi proverbia fiant
Pro lingua, et paenam schena punita gerat.

Ad Damianum.

Quid Damiane meam non cessas rumpere testam
Dum sine aqua laetus grandia vina bibo?
Si rosegat vestes, si dissipat unda capellum,
Quid faciet capiti? quid faciet stomaco?

Ad Marcum.

Quid tantis vexas cervellum, Marce, fadighis
Quid stratias mentem nocte, dieque tuam?
Cernis ut ab unda leviter bagnata virescit
Herba, sed à nimia putrida marcet aqua.
Pectora continuae sic spezzant nostra fadighae,
Has moderare igitur, si tibi vita placet:

Medici Tremuli.

Tumulus.

Hoc jacet in tumulo Tremulus de gente Borella
Qui fuit in mundo medica tam bravus in arte,
Vincere quod posset vecchium medicando Galenum.
Mille impune homines nigrum mandavit ad orcum,
Non patiens longum tempus stentare malatos,
Tollere cum morbis infirmos namque solebat.

Tandem post multos quos amazzavit amicos,
Mors inimica illum voluit mazzare gajoffum
Ipsa sed huic manum fecit Mors improba tortum.
Nam salvare suum potius quam perdere amicum
Debuerat; per quem tantos tulit illa triumphos.

Ad Fastum.

Uxorem multi, multique tenere putanam,
Hoc equidem nostro tempore, Fauste solent,
Sed paucos castam retrovamus degere vitam,
Et raro sancta virginitate frui.
Scire cupis causam? largam lascivia stradam,
Virginitas strettam sed tenet ipsa viam.
Hinc est, quod multi campagnam currere largam
Semita sed pauci currere stretta volunt.

Nemo contentus.

Nullus adhuc mundo vivit contentus in isto,
Nemo valet laetus vivere sorte sua.
Pauper habet pocum, nec sovegnire bisognis
Bastat cum pauco, bramat ut ille suis.
Riccus habet troppum, vitium quod dicitur esse,
Nec sapit hic vojas acquietare suas.
Corpore sic unus, sic alter mente travajat,
Sic pocum, et troppum non satis esse potest.

IGNORANTIA COMENDATUR.

Apage Minerva, Pallas apage.

Procul hinc procul este scientiae cultores,
melancholici, cachectici.
Ivete ignorantiae Primipili salvete.
Scientiam contemnite,
nam
Si scire velitis, sciatis, curiosi estis.
sì
Ut sciamini, Vani,
sì
Ut scientiam vendatis, turpis lucricupidi
Quid liber, nisi labor?
Quid magnus liber, nisi magnum malum?
Quid mirum ergo,
sì.
Alexandriae librorum quadrigenta millia.
Pulcherrimum Regiae opulentia monumentum,
Vulcano data fuerunt.
Quid calamus, nisi calamitas?
Quid attramentum, nisi res atra?
Mihi credite
Sapere est non nimium sapere.
Nero,

Si litteras nescisset speculum fuisset pietatis,
Postquam scivit,
Exemplum nefarium extitit crudelitatis;
Juliano.
Magis obfuit eruditio, quam profuit
Permansit enim universalis execranda pestis.
Scientia
Quid perfuit ipsi Patriae, et eloquentiae Patri?
Quid Pitagorae, totque aliis,
Quos
Longum esset recensere;
Avete igitur ignorantiae Primipili, avete,
Scientiam contemnite,
Ignorantiam colite
Scatet erroribus profana scientia.
Ludabat B. Sabbatius I. C. Pisaurensis.

ELEGIARUM LIBER

DE CARMINIBUS

ET AMORIBUS SUIS.

Qui modo doctiloquas inter cantare Sorellas
  Optabam, et sacro labra bagnare lacu.
Qui tibi jam toties, quaesivi, Phebae, socorsum,
  Cingeret ut testam laurea serta meam;
Nunc petezando tuas scribendi carminis artes
  Prontus abandono, teque tuosque choros.
Nil mihi cum Musis, Pindi jam sacra valete,
  Sit modo Parnassus bella Cucagna meus.
Leggiadros hortos, dulcis cum flumina Bacchi
  Veridicas Musas hic retrovare queam.
Hic mihi Togna suum cantauti porget ajutum,
  Dictabis versus tuque Pedralla meos.
Parce precor nostras, lector, biasmare Camaenas
  Parce macaronicam nunc strapazzare liram.
Grossiloquo Vati grossiloqua verba bisognant,

Apta mage est grossis larga camisa viris.
Tu postquam doctos percurreris arte Poetas
Seu Nasonis opus, sive Maronis opes
Pacifica ad nostrum convertens lumina librum
Gaudebis bajas inde videre meas.
Interdum, et gravibus studios miscendo jocosos
Tunc tibi de cerebro tristis abibit humor.
Sic lautos inter banchettos saepe videmus
Castagnas molles, mixtaque poma poni,
Grandia purpurei consueti ad munera Reges
Non sprezzant poveri rustica dona viri.
Si tamen ista tuis oculis indigna videntur,
Offenditque aures nostra Comina tuas.
Siste gradum, nec plura legens, hoc pone dabandam
In quo confiteor, nil guadagnabis, opus.
Haec mihi (ni fallor) dum me meliora governant
Tempora conveniunt, dum novus annus adest.
Nullus adhuc tristis, turbat mea pectora afannus,
Solus Amor miserum me travajare solet.
Ille meam dardis trapassat saepe coradam.
Ille meum gaudet saepe brusare latus,
Ille etiam grossos sforzat me scribere versus,
Nostraque cum bassis edere verba modis.
Sed quocumque sonat nostrum modulamine carmen,
Gratum est auctori, conveniensque suo.
Forsitan his studiis Bacchus, Bacchique sorellae
Æternum facient nomen in orbe meum.

Cum fera grandisono PANIGONIS praelia versu
  Cum referam grandis grandia facta ducis;
Nomine qui magno magnum passavit Achillem,
  Trojanum vicit qui pietate virum.
Qui potuit bellam bello liberare Cucagnam,
  Atque tiranniam, STENTA frenare tuam.
Bacche veni, fer opem, tuque ò dilecta canenti
  Auxilium quaeso porrige, Togna tuum.
Mellifluam puero venam concede, Poetae,
  Qua meus haud zòppo cum pede versus eat.
Cantanti plenum moscati porge botazzum,
  Quo vox bagnato dulcior ore fluat,
Inde macharonibus ghirlandam texe galantam.
  Haec est nam capiti digna corona meo.

DE PUELLÆ
CRUDELITATE

Qualis boscorum frisolans Rosignolus in umbris
  Dulcisono dojas temperat ore suas.
Qualis piscator leviat piscando fadigam
  Dum cantat laudes, bella Catina tuas:
Talis ego ardentem pro nunc mitigare brusorem,
  Cum quo nostra puer pectora avampat amor,
Saepe canendo meos soleo scoprire malannos,
  Saepe Morinellae damna referre meae.
Illa meos primum sensus ladretta robavit,
  Et mea mortali corda ferivit acu.
Corda ferivit acu, cordis nec ulla feritam

Heu sanare potest jam medicina mei.
Omnis habet tandem certam malatia medellam
Solus Amor medicum non retrovare sapit,
Cuncta guarire potes herbarum vulnera virtus
Herba tuas plagas nulla Cupido juvat.
Illa manus miserum quae snembolavit Amantem
Illa potest plagae claudere sola viam.
Sed mea per caldas fundo quas ore, pregheras.
Vulnera languisono semper aperta manent,
Surda Morina meis stat semper namque lamentis,
Meque Tapinellum nulla querela juvat.
Hanc amo crudelem, ingratam, sed nolo vilanam
Dicere, et ardorem sprezzat ogn' hora meum.
Meque, meosqūe diu bertezans ladra dolores
Gaudet cum suardis me saetare suis.
Illam equidem stradas soleo seguitare per omnes,
Sive per arva vadit, littora sive petit.
Illam saepe meo, quam possum, carmine laudo,
Ut lacrimis tandem sit molesina meis.
Spendere sed passus mulieris propter amorem,
Est laqueis ventos velle ligare leves.
Bellezzas cantare suas, laudare fatezzas,
Carmine costumos grandificare suos,
Est tamquam (ut dicunt) boschis predicare desertis,
Atque Asini in claro fonte lavare caput.
Carmina schiumantis gonfiatas aequoris undas,
Infernique nigros jam placavere Deos,

Nec placare valent tenerinae corda puellae,
Quae diamantinum ferrea pectus habet.

AD AMOREM.

Tu, qui saepe soles teneras brusare medullas,
Nostraque cum stralis corda ferire tuis.
Tu qui nunc istos, nunc illos vincere tentas,
Millibus et cercas atrapolare modis.
Cur mea, caece Puer, tot brusas pectora flammis
Quare meum quaeris stralificare latus?
Quid merui, assiduos quod me soffrire malannos,
Et pateris tantis me cruciare malis,
Ipse tui nunquam sprezzavi numinis iras,
Nec mancum forzas, quas tuus arcus habet,
Ipse tuae nunquam biasmavi regna parentis,
De vobis dixit nec mea lingua malum.
Quin flammas, lazzosque tuos frezzasque potentes
Alzavi ad coelum laudibus ante meis,
Teque mea, matremque tuam cum mente devotus
Semper honoravi, pertimuique simul,
Et vestras seguitans leges, praecepta, statutos
Amborum vixi subditus imperio.
Sed mihi quid prodest vostros cantasse triumphos,
Atque alios inter vos honorasse Deos?
Nulla mei pietas, nec te compassio tangit,
(Heus) tibi sic miserum me tribulare placet?

Quem facies tandem nostra de morte guadagnem
  Quam tibi grandezzam nostra ruina dabit?
Languida non ullum perdunt mea membra riposum
  Lassa capit somni lumina nulla quies,
Munera non Cereris, dulcis non pocula Bacchi
  Restorat sensus nulla vivanda meos.
Quinimo dum mangio, videor mangiare Dragones,
  Suntque venena labris dum bibo vina meis,
Indeffesa meam feriunt tua tela coradam,
  Flamma brusat pectus nocte dieque meum,
Heu si rara tuam toccat clementia mentem,
  Pieganțur lacrimis si tua corda piis,
Praestiter altorium puero concede poetae,
  Vojaque jam mortis cesset iniqua meae.
Nec tibi rincrescat longum post tempus amentis
  Cervellum menti reddere, meque mihi,
Jam remove ardentes nostro de corde facellas
  Nec pigeat tenerum refrigerare latus.
Et si nostra tuum debent soffrire brusorem,
  Pectora, meschino nec manet ulla salus.
Fac saltem mecum paribus scaldata favillis
  Sentiat ut flammas bella Morina tuas.
Illa tuos nunquam bolzones sentit, et ignem
  Fredda solet semper despresiare tuum.
Illa meum nunquam vult ascoltare travajum,
  Bertezat guajos ac traditora meos.
Illa tuas forzas schernit, tua regua calefat,
  Impia, deque mea morte triumphat ovans,

Tu si justus eris, vel me jam redde solutum,
Illa vel in laqueis sit quoque presa tuis.

AD AMOREM.

Quid prodest lacrimis semper bagnare ganassas
Si ridet ad lacrimas cruda Morina meas.
Quid sborrare juvat misero sospiria corde.
Si dum suspiro ladra Morina godit?
Quid valet assiduas illi mandare pregheras
Si manet ad nostras surda Morina preces?
Quid seguitare illam, vel quid laudare ribaldam,
Si dum laudo volat, dum sequor illa fugit?
Caece Puer, crudelis Amor, bastarde Cupido.
Haec rendis famulo praemia digna tuo?
Haec est dulcedo? sunt haec tua dona? favores
Sic tibi subjectos remunerare soles?
Non mihi da primam tales colligere fructus
Spondebas, nec me tanta sofrire mala.
Ipse tuas forti fortes jam corde saettas
Sprezzabam, et regni maxima jura tui:
Salvus et à lazzis quos spessum tendis Amanti,
Burlabam laetus teque tuosque dolos.
Sed tu quid dubitas dixisti, perdere nostro,
Subditus imperio, vel quid amare times?
Non ne timere potes tenerinae corda puellae
Quae tibi legrezzam tempus in omne dabit?
Aspice leggiadros oculos, vultumque lusentem
Hinc molesina suo pectore corda latent.

Sic tu vulpina miserum me fraude gabasti,
  Sic tibi porta meae mentis aperta fuit.
Hic ego principians bellam seguitare Morinam
  Cervellum potui perdere sponte meum.
Hinc mihi mille mali veniunt hinc mille malanni,
  Hinc stratia, hinc poenas cogor habere graves
Hinc vado per stradam veluti lunaticus errans,
  Atque malanconico lumine guardo solum.
Hinc mortem bramo, carumque sborare fiatum,
  Ut valeam tantis me solevaste malis,
Tuque mei solus causa es scelere doloris,
  Ista mihi per te tota ruina venit.
Nam sicut est altris formosior ipsa Morina,
  Sic mihi dixisti quod foret ipsa pia,
Facta tamen troppum invenio contraria dictis,
  Promissam seguitat magna bosia tuam.
Illa meis precibus faciens mercantis orecchias
  Est tamquam scolium, quod ferit unda maris
Non fermare pedes, non ascoltare pochetum
  Vult quos sopportant pectora nostra guajos
Sed tibi toccat, Amor, mentem abbassare superbam
  Rumpere quaeque illud marmora pectus habet,
Ipse patentiam (quamquis me regula fratrum
  Aspera non teneat fortiter) ante tuli.
At mihi si prestum misero non porgis ajutum
  Strazzare in totum denique cogar eam.

AD MORINAM.

Me sforzat crudelis amor tibi scribere versus
  Ut narrem dojas, bella Morina, meas.
Non quod nostra tuam valeant lamenta durezzam
  Mollificare, mihi reddere teque piam,
Sed cum perdiderim mentem, propriamque coradam
  Quid pariter ventis nunc dare verba nocet?
Nulla mihi speranza tui jam restat amoris,
  Attamen in nostro pectore vivit Amor.
In me vivit Amor pro te quam semper amabo,
  Quamvis crudelem, quamvis amore privam.
Hic video nostrae quae sit conditio sortis,
  Et quantum votis fata roversa meis,
Me stessum soleo propriamque odiare salutem
  Bellezzam stultus propter amare tuam,
Sic vitam fugio, sic mortem laetus abrazzo,
  A me vita fugit, mors mihi certa manet.
Sola meam salvare queunt tua lumina vitam,
  In sguardis tantum stat mea vita tuis.
Sed tu cruda fugis, sed tu sdegnosa refudas,
  Stopinum semper velle videre tuum.
Abscondisque vagos oculos, frontemque galantam,
  (Heu mortem gaudes accelerare meam.
Sed si te pietas miseri non tangit Amantis,
  Almaucum vitae tu miserere tuae.
Namque ego si morior, tu quoqne cruda moribis

Si perdo vitam, tu quoque fies idem:
Nam sicut ipse tuo prendo de lumine vitam,
Sic tibi de nostro vita dolore venit.
Ipse tuo aspectu privus non vivere possum,
Tormentisque cades tu simul absque meis.
Ergo benignam tuum debes salvare Stopinum.
Ni propriam vitam perdere forte cupis.

AD MORINAM.

Cum primo placuit laeto tibi lumine sguardos
Drizzare in faciem, bella Morina, meam,
Cum mihi mellifluas datum est audire parolas,
Verbaque quae dulci dulciter ore fluunt,
Ingressa est nostram grandis meravilia mentem,
Scaldavitque animum parva favilla meum,
Parva favilla quidem, sed grandes corde favillas
Sentio, et ardentem nunc peperisse focum,
Hic mihi non ullo concedit tempore pacem,
Hic me crudeliter nocte dieque brusat,
Taliaque indarnum smorzare incendia tento,
Nec multum tali vivere in igne queam,
Sola quidem, tu sola meas extinguere flammas;
Semiarsumque potes refrigerare latus.
Tu prius in nostro jaculata es corde calorem,
Illum tu pariter sola levare potes
Sed misero traditora negas praestare socorsum
Laeta novis tantum me lacerare malis.

Quid prodest sdegnosa tuum travajare Stopinum,
  Quid facies hosti, si tibi sprezat Amans,
Si talvolta furens accedit flamma caminum,
  Ipsius brusat culmina celsa domus,
Visinanza ruit, gens omnis porgit ajutum,
  Utque focum smorzet, undique portat aquam,
Ipsa sed ardori quoties succurrere nostro
  Te inzenocchionem, cara Morina, precor.
Non pietatis aquam, sed nostris ignibus ignes
  Adjungens flammam crescere ladra facis.
Ardentem maesto fornacem in pectore porto,
  Maximaque ex oculis flumina spargo meis
Non ignis smorzatur aqua, nec unda per ignem
  Fit minor, et forzam serbat uterque suam,
Unde suas capiat vires, qui me ignis abrusat,
  Nec video lacrimae quo mihi fonte fluant.
Omnipotens tu solus Amor, licet orbus, et infans
  Inter mortales vivida tela geris.
(Heu) quid amor dico? sola es tu sola Morina,
  Quae sguardaturis digna stupore facis,
Ergo meas tu sola potes mitigare favillas,
  Atque humida largo fonte sugare genas,
Sic tu deinde mihi toto cantaberis orbe,
  Sic pietatis opus dicar et ipse tuae.

AD MUSAM.

I precor ad forcam: veniant et carmina tecum:
  Ipse tibi incago, carminibusque tuis,

Quando mihi nullum praestas, mea musa socorsum
  Quando in amore nihil me tua forza juvat,
Si tibi non animum bastat placare morosam,
  Nec verbis unquam sdurificare meam,
Si tua non virtus misero mihi porgit ajutum,
  Nec valet angossas diminuire meas,
Quid faciam de te? cur blandimenta, tuosque
  Fallaces vezzos nocte dieque sequar?
Ergo ego tam mattus fuero, tantumque balordus
  Indarnum ut semper me cruciare velim?
Ergo ego cercabo famam aquistare Morinae
  Illa meos cercat dum breviare dies?
Ergo fatigabo dotes cantare Puellae,
  Dum sprezzat laudes illa superba meas,
Quin volo plus tostum ad forcam mandare camaenas,
  Atque omnes versus mittere in igne meos.
Longe igitur grossae vos hinc scampate sorellae,
  Vobiscum posthac non praticare volo.
Vosque meas flammas, quae jam scoprire bramastis.
  Brusanda in flammis carmina projiciam,
Aspiciat vestras nunc cruda Morina favillas
  Quae nunquam voluit caeca videre meas.
Sed quid parlo miser? quales nunc dico parolas?
  Quae mentem intravit vana pazzia meam?
Ipse queam dulces abandonare Camaenas,
  Et trombas fidei dispresiare meae?
Aut potero (infelix) perfecti pignora amoris.
  Mittere crudeli dilaceranda foco?

Devoveam flammis dilectae nomina Ninfae
  Caelestes superat quae sine labe Deas ?
Quin potius vivat, vivant et carmina secum,
  Et vivat Dominae nomen in orbe meae.
Intactae maneant, quas scripsi carmine cartas
  Cumque illis maneas cara Morina simul,
Ipse brusabor, ego nunc solus propter amorem
  In cinere ab eam solus amore tui
Unum bastabit me crudis urere flammis,
  Unum pro cunctis igne perire sat est.

DE BONI VINI

EFFECTIBUS.

Dum bona Vino bibo surgit tibi voja canendi.
  Allegrum gonfiat pectus, et ipsa meum.
Dum bona Vina bibo doctis incago Camaenis,
  Nec stimo un figum Bello rofontis aquas.
Dum bona Vino bibo veniunt spontanier ultro
  Carmina, quae dictat impetus ipse meri.
Dum bona Vina bibo, bellam cantando Morinam
  In risus lacrimas saepe revolgo meas.
Dum bona Vina bibo nullus mihi rumpere testam
  Maestus humor, tristis cura nec ulla potest.
Dum bona Vina bibo steriles, ceu fumus in auras
  Quicquid nostra modo corda travajat, abit.
Dum bona Vina bibo totum me Baccus alegrum
  Tunc reudit, dulces impulit inque jocos

Dum bona Vina bibo, suavis me somnus achiapans
Restaurat lenis languida membra quies.
Dum bona Vina bibo nullam me dira pauram
Somnia ferre solent, meros, et omnis abest.
Dum bona Vina bibo, juvenilis chioma videtur
Ornarique caput flore virente meum.
Dum bona Vina bibo, felicis tempora vitae
Et passo auratos absque timore dies.
Dum bona Vina bibo, gratos perfusos odore
Adveneris properans guardia, laetus amo.
Dum bona vina bibo, bellus, blandusque Cupo,
Me chiamat ad giostras nocte, dieque suas
Dum bona Vina bibo, fugiunt de pectore affanni,
Et straccat sensus nulla fadiga meos.
Dum bona vina bibo, forzas mea corda recentes,
Accipiunt cyato facta gajarda meo.
Dum bona Vina bibo, nil me Mors cruda spaventat
Nec timeo falzam Parca superba tuam.
Dum bona vina bibam, felix mihi vita manebit,
Sed moriar manchent si bona vina mihi.
Ergo bibam, rebibamque diu, si saepe bibendo
Hic vivens tantis perfruor ipse bonis.

DE MORTE
AVARI.

Dum grassum Dominus Porcum amazzare comandat,
Autumni quoniam praeteriere dies.

Per casam cernis totam treppare brigatam .
  Haec etenim cunctis mors properata placet .
Unus aquam portat , svegiat alter mantice flammas
  Misam , cortellos hic gerit , ille molat .
Expectant omnes aliquid gaudere debottum
  Ex illis morsus quae bona Porcus habet . .
Hic pensat molles lardi salvare mezenos ,
  Praessutos magros ille salare cupit .
Unus boldones dulci de sanguine plenos ,
  Ast alius grassam sperat habere gulam .
Hic bramat adrostum caldas mangiare brasolas
  Ille aures teneras , sive zelare pedes .
Vessigam pueri vacuam gonfiare parecchiant ,
  Deque figatellis exaturare famem .
Omnia sed simili fiunt quae in funere Porci
  Exornant pariter funus Avare tuum .
Hinc nam descendens , calzasque tirare laborans .
  Hac tua morte capit gaudia summa domus .
Ad garam currunt nati , curruntque nepotes ,
  Et currunt famuli turba proterva tui .
Hic auro sperat borsam castrare pesantem ,
  Secretas cassas ille aperire cupit :
Alter frumento pensat vodare granarum .
  Alter de canova tollere vina studet ,
Fine tuo gaudent poveri , Fratesque , Pretique ,
  Cantantes requiem , qui Lazarumque tibi ,
Candellam , offertamque tua pro morte guadagnant ,
  Et pacem morto tunc veniamque tegnat .

Sic tu quod vivens indarnum solus habebas,
  Partibus in multis, te moriente cadit;
Sic porco similis nulli das vivus ajutum,
  Quem mortus multis sordide Paule, dabis.

AD EUSTACHIUM RUDIUM
MEDICUM EQUITEM.

Consilium fecere suum, quo perdere possent
  Cum Domino servum Mors fera, parca minax.
Disposuere simul gajoffos ordine acordos,
  Ut nostros possent abbreviare dies.
En primo assaltant longaevum aetate Patronum,
  Cui solitas forzas tarda vechiezza negat,
Hunc febre continua graviter travajare comenzant
  Assiduaque brusant interiora face.
Heu, quaenam fuerit nostra haec disgratia, dixi,
  Nam vult nos miseros nunc ruinare Deus,
Ast ubi pro Domino devotas fundo pregheras,
  Ecce ferit pectus febris, et ipsa meum
Me terzana piat, lacerat mea pectora afannus
  Ut solet in pegoras incrudelire Lupus.
Parca fusarolum, et roccam firmaverit ipsam,
  Nescia quem nostrum sit feritura prius.
Mors quoque stendebas, propter nos prendere dextram
  Solicita atque volens indusiare nihil
Sed nostram Eustachi cupiens medicare magagnam,
  Prestus adest prestans quod que bisonat opus:

Et subito Dominum cura graviore gubernas .
  Ac famulo tutam porgis amicus opem .
Hinc troncare viam , ne posset crescere morbus ,
  Et purgare paras , quae nociturna times ,
Sic novus Alcides gajardis ictibus Idram
  Occidit, in nobis nam febris Idra fuit .
Optima provisio Rudi , prudentia , virtus
  Nos tandem sanos reddit , et absque malo .
Maxima tunc tenuit Mortis meravilia mentem ,
  Cum palmu minasi se remanere videns .
Parca simul stupuit se noscens esse gabatam ,
  Et plenam muschis cernit habere manum ,
Ergo nos talem vergogna ferre bisognat .
  Scornis , et hic dicunt sic patiendus erit ?
Quindi ? sic vobis Rudii praecepta comandant
  De vobis Rudius , cedite , victor adest .
Quas ergo Eustachi sancto pro munera laudes
  Aut grates referat nunc mea togna tibi
O ego si possem nunc deventare Poetam .
  Aut boccam Aonio fonte bagnare meam .
Surgit ubi Titan , ubi straccus cascat in undis ,
  Viveret Eustacchi nomen honosque mei .
Dulcius ad te nam poterit cantare Pedralla ,
  Compagnus noster si modo Baccus erit .
Compagnia quidem Bacchi solet esse Poetis .
  Grata , canunt gratos , te duce Bacche sonos .
Non valet tigum sine Bacco , credite versus ,
  Hoc dempto possum versificare nihil .

Ergo ego cum potero generosi pocula Bacchi
  Sumere, plura tibi dulcius ore canam.

AD FRANCISCUM
CORRIEDANUM.

Nostra prius nullum de me tibi scripsit avisum
  Musa macaronicis assuefacta modis,
Nolo tamen penses me deventasse dapocum,
  Aut quantum teneor non meminisse tui.
Nec mancum timeas, postquam me laeta recepit
  Brixia, Spagnuola succubuisse manu.
Praelia nam Bressae Spagnuoli magna minazzant
  Ingannisque putant hanc trapolare suis
Sed nos Marchescum portantes corde Leonem
  Stimamus Spagnae bella parata nadam.
Hac igitur causa venerabilis ille Senatus,
  Quo pendet Venetum gloria magna Patrum.
Praetorem Memum subito dilexit, et urbem
  Bressanam Dominum jussit adire meum.
Ipse quoque hunc sumpsi, sed mesto corde, caminum
  Istaque perforzam ductus ad arva veni,
Nam mea corripuit Veneta partitus ab urbe
  Nescio quis trepido corda pavore timor,
Compagnia mihi nullum praestabat ajutum:
  Fronte malancouicus, menteque semper eram.
Saepe fra me stessum, quaenam disgratia dixi,
  Haec erit, aut dotae quae mala causa meae;

Non pensandò tamen potui retrovare casonem,
Per quam tot patior nocte, dieque mala.
Sed nunc (ah) troppum video, quod maesta petebat,
Quae fuit in timido pectore cura prius.
Scire cupis forsan quae me fortuna travajat?
Aut lacerat sensus quae codesęla meos?
Scire cupis? dicam quamvis non spero sucursum
Nullaque pro morbo sit mediciua meo.
Heu, quia nemo potest caram mihi ferre salutem,
Nemo potest nostris remediare malis
Caecus Amor crudelis Amor mea pectora torquet,
Continuaque brusat languida corda face.
Non tot schioporum resonant hic tif taf ad auras,
Quot mihi bolzones improbus ille tirat,
Non tot habet spadas cunctis, Francisce, boteghis
Brixia, quot spadas corde ficavit Amor.
Nec fusina quidem tantum Gardonis avampat,
Quae facit in ferrum vertere ab igne pętram.
Quantum nostra foco crematur milza recenti,
Quod durante brevi tempore pulvis ero.
Haec fortasse tibi grandis pazzia videtur,
Judicio et damnas crimina nostra tuo.
Est pazzia quidem, pazzia grandior omni
Quae solet in pegoras saepe mudare viros,
Sed quinam posset proprium non perdere sennum
Bastardus dardos cum tirat ille suos?
Quis savajam posset mentis retinere rasonem,
Quando coradellam flamma amorosa brusat.
Nullus habet forzam subitas reparare saęttas

Nemo potest caldas, (heu) scapolare faces?
Nolo per hora tibi bellam laudare Morinam,
Per quam cervellum perdere facit Amor,
Nec celebrare suas stillo meliore canendas
Virtutes, frontem, lumina, verba, manus.
Nam foret inchiostri, et grandis destructio cartas
Bellezzas vellem si numerare suas,
Scusabis igitur nostrum tu quaeso travajum,
Quod tibi nulla Prius littera missa fuit.
Nam supplire quidem postac promitto, sed olla,
Me vocat ad caenam caetera turba, Vale:

AD MARCUM

BONCOMPAGNUM.

Leggiadros si forte cupis componere versus,
Si cupis altisonam, Marce, sonare liram.
Si breviter bramas doctam seguitando Poesim
Carmina carminibus vincere cuncta tuis,
Securam Bacchi scortam cercare bisognat,
Te dulcem Bacchi quaerere oportet opem:
Baccus amat vates, Baccus facit ipse Poetas:
Cantandi verum mostrat et ille modum.
Ille Deum tacita superat virtute canorum,
Vincit Appollineas ille furore Deas.
Si quis Tribianum dulcem, Corsumve racentem
Sumpserit, ore novem pocula plena bibens.
Si quis Chiarelli, vel Grechi quinque fojettas
Suxerit, et madido gutture corda bagnans.

Huic laetam accendet pangenda ad carmina mentem
  Divinus porperans impetus , atque furor .
Non posset grassas unquam producere biavas
  Si brusata humidis terra careret aquis
Sic bagnata bouo fuerint ni pectora vino
  Cantando possum promere dulce nihil .
Sic versus quondam vecchi fecere Poetae ,
  Funius , Orpheus , Pindarus , Anacreon ,
Virgilius , Nason , Gallus , Lucanus , Homerus
  A Bacco trombas obtinuere suas .
Insipidum scripti carmen potator aquarum ,
  Fredda facit freddae carmina potus aquae ,
Hunc venias igitur plenum portando botazzum
  De moscatello quem tua vigna facit .
Ipse parecchiabo salsa de carne brasolam ,
  Quo melior nostro surgat in ore sitis .
Hic laeti ad garam plenis trincando bichieris
  Evove clamemus , candide numen ades .
Hic postquam totum sugabimus ambo fiascum
  Cantabit numeris carmen uterque novis .
Ipse aderit Bacchus noster , divinus Apollo .
  Dictabit nostros prontus et ipse metros .
Ipse meam facili gonfiabit flamine pivam .
  Ipse tuam faciet dulcisonare liram .
Quid nos Parnassi culmen montare bisognat ?
  Quid nostra Aonio labra bagnare lacu ?
Quam stulti cercamus aquam ? quem scandere montem
  Quaerimus , aut Pindi , Castaliique jugum ?
Omnia vana quidem sunt pazzae somnia mentis ;

Praeter quam Bacchus porgit amicus opem.
Hic aperire solet verae dulcedinis undas,
Hic valet in placido fonte levare sitim.
Hic grossolanae cervellum gentis aguzzat,
Hic facit altisonos fundere ab ore sonos.
Hic veram insegnat scribendi carminis artem
Hic clarum sparget nomen in orbe tuum:
Hunc igitur et cura tibi seguitare Magistrum
Quo duce cantando discere magna potes.
Brindes tibi fratantum facio, fac Marce, rasonem,
Nec manches ad me deinde venire, Vale.

APPENDIX

De Zelotipia Anglica, Gallica, Italica.

Cur Itali longe gravius quam Gallus, et Anglus
Uxorum luxus, oscula, furta ferunt;
Bestia pejor ave est, cui nupsit adultera conjux
Italus est * quadrupes, Gallus, et Anglus Aves.
Gallus et Anglus aves quadrupes est Italus ergo
Ex tribus his solus cornua ferit Italus.
Becco cornuto, hircus. † Uu Cocu, Gallo
Angle A Cachodd. Cocu culus.

In Calvum.

Certa tuae frontis fuerat mensura, priusquam
Nescio quae frondes abstulit aura tuas.
Ex quo decussi tibi sunt de vertice crines,
Perpetuae frontis jam caput instar habes,
Quanta tibi nunc sit frons dicere non potes; ergo

Fronti nulla fides est adhibenda tuae.

In eundem.

Calve, meos nunquam potui numerare capillos
Nec tu (nam nulli sunt) numerare tuos.

In eundem.

Ecce tibi nulli superant in vertice crines.
Nullus in insidia stat tibi fronte pillus.
Omnibus amissis à tergo et fronte capillis,
Quid tibi jam restat perdere Calve? caput.

Aenigma.

Dic quibus hoc animal terrae nascatur in oris
Masculus est mater cui, Mulierque pater.

Aliud ad Ponticum.

Esse duos oculos miror tibi, Pontice: cujus
Un ocula est mater, unoculusque pater.

De cornibus problema.

Si quando sacra juratori violaverit uxor,
Cur gerit immeritus cornua vir? Caput est

Cornutus.

Conjugis ob furtiva negotia cur ego plector?
Corniger à populo praetereunte vocor?
Et digitis moustror? Nam avae non facimus ipsi
(Arvos, nescio qui.) vix ea nostra voco.

In eundem.

Si natura daret tibi cornua, tollere posses?
Quod tibi nupta dedit, tollere nemo potest.

De Remedio Ameris.

Subtrahe ab igne procul lignum (jejunia servans:)
A muliere sede (siccus ab igne) procul

Si tuus istorum neutro consumitur ardor,
Uxor ducenda est, Haec erit instar aquae.

Insana Sanitas.

Quo tibi potarum plus est in ventre Salutum,
Hoc minus epotis hisce salutis habes
Contingant utinam tales tibi mille salutes
Non equidem invideo: mi satis una salus
Una salus sanis nullam potare Salutem
Non est in pota vera salute salus.

In Historicos hujus saeculi.

Mendacem historico non esse satis fuit olim,
Mendacem contra nunc satis esse sat est.
Hic negat, alter ait: credet miserabilis utri
Proxima posteritas: hic ait: ille negat.
Scinditur historicum studia in contraria vulgus
Vixque minor constat cui sit habenda fides.

Historia hujus temporis.

Historias versando peritus, id absque periclo,
Quod docti damnis experiuntur, habes.
Nec tam multa gravis rerum experientia longo
Tempore, quam parvo te docet Historia.

Crescite et multiplicamini.

Primus homo fuerat primum res unica? postquam
Facta fuit mulier prima, fit ipse duo.
Divisum postquam Deus Evae junxit Adamum:
Ante velut fuerat, non duo, at unus ades
Multiplicavit eum primo Deus ordine certo:
Gentes, ut posset multiplicare magis.

Somnus, Venus.

Vos consanguineas laethi dicam ne sorores.

Somne quies hominum, deliciaeque Venus?
Indulgere juvat Veneri somnoque jacentes;
Sternitur et dulci lectus utrique malo.
Odit somnus iners, odit Venus improba, lucem
Est animi somnus mors, animaeque Venus.

De arte amandi.

Judice me rudis ast artem qui tradit amandi
Naturae scopus est, non opus artis, amor.

Creatio mulieris.

Paulus Evangelium populo dum praedicat omni
Alloquitur * nostrum non muliebre genus.
Orate o fratres (at non Orate sorores,)
Presbyter in missa, dnm sacra mussat, ait.
Temporibus divisa suis dum singula strictim,
Explicat artificis Numine facta Dei,
Qui bonus est, frustraque nihil, nec inutile fecit
Vidit, ait Moises, hoc Deus esse bonum;
Additur haec operi solemni clausula semper,
Excepto postquam foemina facta fuit

* Viri, patres, et fratres.

Honoris Venalis.

Arma aurumque, et honor Fortunae sunt bona fortis
Quidquid et humano pendet ab arbitrio.
Forma, valetudo, vires, bona corporis almi,
Non possunt precio, nec bona mentis emi,
mpietas animam; est insania vendere corpus,
Fortunam fas est vendere; fas emere.

Amor caecus male audit.

Non videt uxoris delicta maritus amator,

Nullos amat vere vir, nisi caecus amat.
Nil oculo contra dominum, nil creditur auri?
Est igitur claudus, non modo caecus, Amor.

Aenigma Penelopei ad Procum.

Est * quiddam quod pene nefas mihi dicere versu,
Hoc tibi vis totum Pontiliane, dari.
Syllaba prima me debetur tota marito;
Sume tibi reliquas non ero dura duas.

* Oculum . . . . . .

In Vino veritas. Proverb.

Qui vadit voltando Libros pro quaerere Verum,
Ingannatus erit, si retrovare putat.
Fallitur ò quantum, hac si quis spe ruminat omnes.
Nasonis fiabas, Virgiliique bajas.
Non stat in Inghiostro verum (mihi credite) non stat
In Charta, Culo serviat illa meo.
Qui verum cattare bramas, eja utere nostro
Consejo, Bacchum consule, Vina bibe.
Quot magis ipse bibes, fies veracior: hinc est
In Vino verum quod latitare ferant,
Ergo bibas donec multi potatio vini
Efficiat verum te vomitare foras.

Aliud ad idem.

Inventor veri vinum est: bibitote Studentes,
Quando volet verum quis retrovare bibat:
Corruptor veri Liber est? Liber exulet omnis,
Quem Budellorum fluxa medulla notet.

F I N I S.